1762. *Baker* de catarrho, Lond. 1764. *Monro* Diſ. of mil. hoſp. pag. 137.

1767. *Heberden* Med. tranſ. art. 18.

N. *Inter catarrhi coryzae et tuſſis ſpecies ſymptomaticae ſunt.*

Catarrhus rubeoloſus, S. ſp. 5.
Tuſſis exanthematica, S. ſp. 20.
Coryza varioloſa, S. ſp. 4.
Coryza virulenta, S. ſp. 3.
Coryza purulenta, S. ſp. 5.

Tuſſis accidentalis, S. ſp. 4.
Tuſſis gutturalis, S. ſp. 8.
Tuſſis xerolaryngea, S. ſp. 23.
Tuſſis verminoſa, S. ſp. 21.

Tuſſis ſicca, S. ſp. 3.
Tuſſis calculoſa, S. ſp. 22.
Tuſſis phthiſica, S. ſp. 17.
Tuſſis haemoptoica, S. ſp. 15.
Tuſſis a polypo, S. ſp. 16.

Tuſſis a dentitione, S. ſp. 12.
Tuſſis ſtomachalis humida, S. ſp. 6.
Tuſſis ſtomachalis ſicca, S. ſp. 7.
Tuſſis hyſterica, S. ſp. 2.
Tuſſis gravidarum, S. ſp. 14.
Tuſſis hepatica, S. ſp. 9.
Tuſſis rheumatica, S. ſp. 18.
Tuſſis arthritica, S. ſp. 19.
Tuſſis metallicolarum, S. ſp. 13.

G. XXXIX.

G. XXXIX. DYSENTERIA.

Pyrexia contagioſa; dejectiones frequentes, mucoſae, vel ſanguinolentae, retentis plerumque foecibus alvinis; tormina; teneſmus.

Dyſenteria, S. G. 248. L. 191. V. 107. *Hoffm.* III. 151. *Junck.* 76.

I. Idiopathicae.

Dyſenteria epidemica, S. ſp. 6. *Sydenham* Sect. IV. cap. 3. *Helwich.* in hiſt. morb. Wratiſlav. ad ann. 1699. *Degner.* de Dyſenteria Neomagenſi 1736. *Huxham* de aere, &c. ad ann. 1743. *Cleghorn's* Minorca, chap. V. *Grimm.* hiſt. dyſenteriae malign. 1759. &c. in append. ad A. nov. N. C. Vol. III. *Baker* de catarrho et dyſenteria, Lond. 1762. *Akenſide* de dyſenteria, Lond. 1762. *Stark* Hiſt. et ſectiones dyſenteric. diſſ. inaug. L. B. 1766. *Zimmerman* von der Ruhr.

Dyſenteria caſtrenſis, S. ſp. 7. *Ramazzini* de morb. artific. cap. 40. Illuſtr. *Pringle* Diſ. of the army, pag. 224. Cl. *Monro* Diſ. of mil. hoſpitals, pag. 57.

Dyſenteria aequinoctialis, S. ſp. 14. *Bont.* de med. Ind. cap. 3.

Dyſenteria verminoſa, S. ſp. 15. *Huxham* de aere, &c. ad ann. 1743. m. Maio. Ill. *Pringle* pag. 225. *Monro* pag. 62.

Dyſenteria carnoſa, S. ſp. 16.

Diarrhoea carnoſa, S. ſp. 5. *Wedelius* Ephem. Germ. D. II. A. II. obſ. 182. *Wagner* ibid. D. II. A. III. obſ. 187. cum ſcholio *Schroeckii. Morgagn.* de ſed. Ep. XXXI. 17—24. Ill. *Pringle*, pag. 237. *Monro* pag. 62.

Dyſenteria miliaris, S. ſp. 20.

Dyſenteria intermittens, S. ſp. 17. *Morton* in append. ad Exerc. II. *Cleghorn's* Minorca, pag. 236. *Lautter.* hiſt. med. bienn. caſ. 17. 20.

Dyſenteria alba, S. ſp. 10. *Willis* Pharm. rat. P. I. Sect. III. cap. 3. *Sydenham* Ed. Leid. pag. 179. *Morgagn.* de ſed. Ep. XXXI. 11. Ill. *Pringle*, pag. 225. Cl. *Monro* pag. 61. *Roederer* de morbo mucoſo, Gotting. 1762.

II. Sympto-

II. Symptomaticae.

Dyſenteria benigna ſpontanea, S. ſp. 1.

Dyſenteria catamenialis, S. ſp. 2.

Dyſenteria gravidarum, S. ſp. 4.

Dyſenteria atrabilaria, S. ſp. 5.

Dyſenteria ſyphilitica, S. ſp. 13.

Dyſenteria ſcorbutica, S. ſp. 18.

Dyſenteria Polonica, S. ſp. 19.

Dyſenteria a meſenterii vomica, S. ſp. 11.

N. *Ad diarrhoeam pertinent.*

Dyſenteria Pariſiaca, S. ſp. 3.

Dyſenteria a catharticis, S. ſp. 12.

CL. II. NEUROSES.

Senſus et motus laeſi, ſine pyrexia et ſine morbo locali.

O. I. COMATA.

Motus voluntarii imminuti cum ſopore ſive ſenſuum feriatione.

Comata, S. Cl. VI. O. II.

Soporoſi, L. Cl. VI. O. II.

Adynamiae, V. Cl. VI.

Nervorum reſolutiones, *Hoffm.* III. 194.

Affectus ſoporoſi, *Hoffm.* III. 209.

Motuum vitalium defectus, *Junck.* 114.

G. XL. APOPLEXIA.

Motus voluntarii fere omnes imminuti, cum ſopore plus minus profundo.

Apoplexia, S. G. 182. L. 101. V. 229. *Boerh.* 1007. *Junck.* 117. *Wepfer.* Hiſt. apoplecticorum.

Carus, S. G. 181. L. 100. V. 231. *Boerh.* 1045.

Cataphora, S. G. 180. L. 99. V. 232. *Boerh.* 1048.
Coma, V. 232. *Boerh.* 1048.
Haemorrhagia cerebri, *Hoffm.* II. 240.

N. *Ad hoc genus pertinent vel ſymptomatica ſunt.*
Catalepſis, S. G. 176. L. 129. V. 230. *Boerh.* 1036. *Junck.* 44.
Affectus cerebri ſpaſmodico-ecſtaticus, *Hoffm.* III. 44.
Ecſtaſis, S. G. 177. V. 333.
Typhomania, S. G. 178. L. 97. V. 23.
Lethargus, S. G. 179. L. 98. V. 22.

I. Idiopathicae.

1. A cauſis internis.

Apoplexia ſanguinea, S. ſp. 1. *Morg.* de ſed. Ep. II. III. LX.
Carus ſpontaneus, S. ſp. 1. *Boerh.* 1045.
Aſphyxia ſpinalis, S. ſp. 15. *Du Hamel* Hiſt. Acad. ad ann. 1688. cap. 2. *Boerh.* Praelect. ad Inſt. 401. *Morg.* de ſed. III. 3.
Apopl. polypoſa, S. ſp. 11. *Boerh.* 1010. 2. *Morg.* de ſed. IV. 23.
Apopl. pituitoſa, S. ſp. 7. Apopl. ſeroſa *Morg.* de ſed. IV. LX.
Carus a hydrocephalo, S. ſp. 16.
Cataphora hydrocephalica, S. ſp. 6.
Cataphora ſomnolenta, S. ſp. 1.
Cataphora coma, S. ſp. 2.
Lethargus literatorum, S. ſp. 7. *Van Swieten* in Aph. 1010. 2. γ et 3. α
Apoplexia atrabilaria, S. ſp. 12. *Preyſinger.* ſp. 6.
Aſphyxia flatulenta, S. ſp. 12. *Morg.* de ſed. V. 17--30.
Aſphyxia cataleptica, S. ſp. 6.

2. A cauſis externis.

Apoplexia traumatica, S. ſp. 2.
Carus traumaticus, S. ſp. 5.
Aſphyxia ſuſpenſorum, S. ſp. 4.

Carus a pathemate, S. ſp. 11.
Catalepſis melancholica, S. ſp. 5.
Ecſtaſis cataleptica, S. ſp. 3.

Ecſtaſis

Ecſtaſis catoche, S. ſp. 1.
Ecſtaſis reſoluta, S. ſp. 2.
Aſphyxia a pathemate, S. ſp. 7.

Apoplexia temulenta, S. ſp. 3.
Carus a narcoticis, S. ſp. 14.
Carus a plumbagine, S. ſp. 10.
Lethargus a narcoticis, S. ſp. 3.
Cataphora chronica, S. ſp. 7.
Apoplexia mephitica, S. ſp. 14.
Aſphyxia a mephitide, S. ſp. 9.
Catalepſis a fumo, S. ſp. 3.
Aſphyxia a fumis, S. ſp. 2.
Aſphyxia a carbone, S. ſp. 16.
Aſphyxia a muſto, S. ſp. 3.
Aſphyxia foricariorum, S. ſp. 11.

Aſphyxia ſideratorum, S. ſp. 10.

Carus ab inſolatione, S. ſp. 12.

Carus a frigore, S. ſp. 15.
Lethargus a frigore, S. ſp. 6.
Aſphyxia congelatorum, S. ſp. 5.

II. Symptomaticae.

Apoplexia febricoſa, S. ſp. 9.
Carus febricoſus, S. ſp. 3.
Cataphora timor, S. ſp. 8.
Typhomania febricoſa, S. ſp. 1.
Catalepſis quartanaria, S. ſp. 7.

Carus febrilis, S. ſp. 2.
Typhomania continua, S. ſp. 2.
Typhomania agrypnocoma, S. ſp. 3.
Lethargus a febre, S. ſp. 1.

Apoplexia inflammatoria, S. ſp. 13.
Lethargus cephaliticus, S. ſp. 4.
Lethargus pulmonicus, S. ſp. 2.
Carus varioloſus, S. ſp. 8.
Apoplexia metaſtatica, S. ſp. 6.
Carus exanthematicus, S. ſp. 18.
Cataphora exanthematica, S. ſp. 5.

Cataphora ſcorbutica, S. ſp. 3.

Apoplexia hyſterica, S. ſp. 4.
Carus hyſtericus, S. ſp. 9.
Carus hypochondriacus, S. ſp. 13.
Carus nyſtagmus, S. ſp. 17.
Catalepſis hyſterica, S. ſp. 1.
Catalepſis delirans, S. ſp. 6.
Aſphyxia hyſterica, S. ſp. 8.
Aſphyxia cataleptica, S. ſp. 6.
Catalepſis a menoſtaſia, S. ſp. 4.

Apoplexia epileptica, S. ſp. 8.
Apoplexia ſuſpirioſa, S. ſp. 10.

Apoplexia arthritica, S. ſp. 5.
Carus arthriticus, S. ſp. 6.
Cataphora arthritica, S. ſp. 4.
Lethargus arthriticus, S. ſp. 5.

Apoplexia verminoſa, S. ſp. 15.
Carus verminoſus, S. ſp. 7.
Typhomania verminoſa, S. ſp. 4.
Catalepſis verminoſa, S. ſp. 2.

G. XLI. PARALYSIS.

Motus voluntarii nonnulli tantum imminuti, ſaepe cum ſopore.

Paralyſis, *Boerh.* 1057.
Hemiplegia, S. G. 170. L. 103. V. 228.
Paraplexia, S. G. 171.
Paraplegia, L. 102. V. 227.
Paralyſis, S. G. 169. L. 104. V. 226. *Junck.* 115.
Atonia, L. 120.
Tremor, S. G. 129. L. 131. V. 184.
Beriberia, S. G. 137. L. 140.

I. Idiopathicae.

Paralyſis plethorica, S. ſp. 1.
Paraplexia ſanguinea, S. ſp. 2.
Hemiplegia ex apoplexia, S. ſp. 7.
Tremor a plethora, S. ſp. 13.
Paralyſis ſeroſa, S. ſp. 12.
Hemiplegia ſeroſa, S. ſp. 10.
Paraplegia a ſpina bifida, S. ſp. 3.
Tremor a hydrocephalo, S. ſp. 8.
Tremor paralytodes, S. ſp. 11.
Hemiplegia apoſtematodes, S. ſp. 11.

Hemiplegia ex epilepſia, S. ſp. 12.
Hemiplegia ſpaſmodica, S. ſp. 2.

Hemiplegia ſaturnina, S. ſp. 14.
Paralyſis metallariorum, S. ſp. 22.
Tremor metallurgorum, S. ſp. 5.
Tremor ſcorbuticus, S. ſp. 10.

Paraplegia rheumatica, S. ſp. 1.
Paralyſis nervea, S. ſp. 11.
Tremor a debilitate, S. ſp. 1.

Tremor ſenilis, S. ſp. 2.
Tremor a pathemate, S. ſp. 14.
Tremor a coffea, S. ſp. 4.
Tremor temulentus, S. ſp. 3.

II. Symptomaticae.

Paralyſis traumatica, S. ſp. 4.
Hemiplegia traumatica, S. ſp. 9.
Paraplegia traumatica, S. ſp. 4.
Tremor traumaticus, S. ſp. 17.
Paralyſis a vomica, S. ſp. 10.

Paralyſis rheumatica, S. ſp. 3.
Tremor rheumatiſmalis, S. ſp. 18.
Beriberia Indica, S. ſp. 1.
Beriberia ſpuria, S. ſp. 2.
Hemiplegia arthritica, S. ſp. 5.
Paralyſis rachialgica, S. ſp. 2.
Paraplegia rachialgica, S. ſp. 5.
Paralyſis biliosa, S. ſp. 9.
Hemiplegia tranſverſa, S. ſp. 1.
Paralyſis ſcorbutica, S. ſp. 6.
Paralyſis ſcrophuloſa, S. ſp. 5.
Hemiplegia ſcrophuloſa, S. ſp. 4.
Hemiplegia ſyphilitica, S. ſp. 3.
Paraplegia ſyphilitica, S. ſp. 7.
Paralyſis Polonica, S. ſp. 7.
Tremor Aſturienſis, S. ſp. 15.

Hemiplegia intermittens, S. ſp. 8.
Paraplegia intermittens, S. ſp. 6.
Paralyſis febrilis, S. ſp. 8.
Hemiplegia exanthematica, S. ſp. 6.
Tremor typhodes, S. ſp. 19.
Tremor vertiginoſus, S. ſp. 7.
Tremor a ſaburra, S. ſp. 12.

III. Spu-

III. Spuriae.

Tremor coactus, S. ſp. 6.
Tremor tendinum, S. ſp. 9.
Tremor palpitans, S. ſp. 16.

O. II. ADYNAMIÆ.

Adynamiae, V. Cl. VI.
Defectivi, L. Cl. VI. O. I.
Leipopſychiae, S. Cl. VI. O. IV.

G. XLII. SYNCOPE.

Motus cordis imminutus, vel aliquamdiu quieſcens.

Syncope, S. G. 174. L. 94. V. 274. *Junck.* 119.
Leipothymia, S. G. 173. L. 93. V. 273.
Aſphyxia, S. G. 175. L. 95. V. 275.
Virium lapſus et animi deliquia, *Hoffm.* III. 267.

I. Idiopathicae.

1. A cauſis internis.

Syncope plethorica, S. ſp. 5. *Senac*, Tr. du coeur, p. 540.
Syncope a cardiogmo, S. ſp. 7. *Senac* du coeur, 414. *Morgagn.* de ſed. XXV. 2. 3. 10.
Syncope a polypo, S. ſp. 8. *Senac*, p. 471.
Syncope ab hydrocardia, S. ſp. 12. *Senac*, 533. *Schreiber* Almag. L. III. §. 196.
Syncope *Lanzoni*, S. ſp. 18. *Lanzon.* Op. II. p. 462.
Aſphyxia Valſalviana, S. ſp. 13.

II. A cauſis externis.

Leipothymia a pathemate, S. ſp. 1. *Senac*, p. 541.
Syncope pathetica, S. ſp. 21.
Aſphyxia a pathemate, S. ſp. 7.
Syncope ab antipathia, S. ſp. 9. *Senac*, p. 544.
Syncope a veneno, S. ſp. 10. *Senac*, p. 546.
Syncope ab apoſtematis, S. ſp. 11. *Senac*, p. 554.

Syncope a ſphacelo, S. ſp. 14. *Senac*, p. 553.
Syncope ab inanitione, S. ſp. 1. *Senac*, p. 536.
Syncope a phlebotomia, S. ſp. 4.
Syncope a dolore, S. ſp. 2. *Senac*, p. 583.
Aſphyxia traumatica, S. ſp. 14.
Aſphyxia neophytorum, S. ſp. 17.

II. Symptomaticae.

Leipothymia ſtomachica, S. ſp. 2.
Syncope ſtomachica, S. ſp. 13. *Senac*, p. 545.
Syncope hyſterica, S. ſp. 6. *Senac*, p. 547.
Syncope febrilis, S. ſp. 3. *Senac*, p. 548.
Syncope febricoſa, S. ſp. 17. *Torti* Therap. ſpec. L. III. cap. 1.
Syncope exanthematica, S. ſp. 19.
Syncope metaſtatica, S. ſp. 20.
Syncope ſcorbutica, S. ſp. 15. *Lind*, de Scorbuto, P. II. cap. 11. *Senac*, p. 552.
Syncope arthritica, S. ſp. 16. *Muſgrave* de arthr. anomala, cap. 8.

G. XLIII. DYSPEPSIA.

Ventriculi functio idiopathice turbata per anorexiam, nauſeam, vomitum, inflationem, ructum, ruminationem, cardialgiam, gaſtrodyniam, et alvum plerumque aſtrictam, indicata.

Dyſpepſia, V. 277.
Apepſia, V. 276.
Diaphthora, V. 278.
Anorexia, S. G. 162. L. 116.
Cardialgia, S. G. 202. L. 48. V. 157.
Gaſtrodynia, S. G. 203.
Soda, L. 47. V. 154.
Nauſea, S. G. 250. L. 182. V. 159.
Vomitus, S. G. 251. L. 182. V. 214.
Flatulentia, S. G. 272. L. 165. V. 127.

I. Idio-

I. Idiopathicae.

Cardialgia bradypepta, S. ſp. 9.
Anorexia pituitoſa, S. ſp. 2.
Vomitus pituitoſus, S. ſp. 26.
Vomitus ruminatio, S. ſp. 6.
Anorexia a ſaburra, S. ſp. 9.
Cardialgia a ſaburra, S. ſp. 1.
Gaſtrodynia ſaburralis, S. ſp. 1.
Vomitus a ſaburra, S. ſp. 2.
Vomitus a crapula, S. ſp. 1.
Nauſea ex cacochylia, S. ſp. 11.
Cardialgia lactentium, S. ſp. 11.
Vomitus lacteus, S. ſp. 3.
Flatulentia infantilis, S. ſp. 5.
Cardialgia flatulenta, S. ſp. 3.
Gaſtrodynia flatulenta, S. ſp. 2.
Flatulentia acida, S. ſp. 1.
Flatulentia nidoroſa, S. ſp. 2.
Anorexia exhauſtorum, S. ſp. 8.
Anorexia paralytica, S. ſp. 1.
Cardialgia paralytica, S. ſp. 7.
Gaſtrodynia periodynia, S. ſp. 7.
Gaſtrodynia aſtringens, S. ſp. 9.
Gaſtrodynia atterens, S. ſp. 10.
Gaſtrodynia a frigore, S. ſp. 18.

II. Symptomaticae.

1. A morbo ipſius ventriculi.

Cardialgia ſcirrhoſa, S. ſp. 6.
Vomitus a pyloro calloſo, S. ſp. 8.
Vomitus a ſteatomate ventriculi, S. ſp. 11.
Nauſea ab apoſtematis circa cardiam, S. ſp. 9.
Gaſtrodynia ulceroſa, S. ſp. 5.
Vomitus ab ulcere ventriculi, S. ſp. 10.

Cardialgia a veneno, S. ſp. 2.
Gaſtrodynia a veneno, S. ſp. 4.
Vomitus a veneno, S. ſp. 7.
Flatulentia accidentalis, S. ſp. 4.
Gaſtrodynia a peregrinis, S. ſp. 11.
Anorexia bilioſa, S. ſp. 6.
Nauſea bilioſa, S. ſp. 6.
Gaſtrodynia bilioſa, S. ſp. 3.
Vomitus urinoſus, S. ſp. 27.
Gaſtrodynia calculoſa, S. ſp. 8.
Vomitus bezoarticus, S. ſp. 13.
Cardialgia verminoſa, S. ſp. 10.
Nauſea a taenia, S. ſp. 1.
Vomitus verminoſus, S. ſp. 5.
Gaſtrodynia a xiphoide, S. ſp. 12.
Gaſtrodynia Americana, S. ſp. 6.
Nauſea ex compreſſo ventriculo, S. ſp. 5.
Vomitus a cartilagine xiphoidea, S. ſp. 22.
Vomitus ab oeſophago obſtructo, S. ſp. 21.
Gaſtrodynia gaſtrocelica, S. ſp. 20.
Nauſea ex gaſtrocele, S. ſp. 4.
Vomitus gaſtrocelicus, S. ſp. 18.
Cardialgia ſputatoria, S. ſp. 5.
Cardialgia inflammatoria, S. ſp. 13.
Nauſea ex gaſtritide, S. ſp. 10.
Vomitus gaſtriticus, S. ſp. 19.

2. A morbo aliarum partium vel totius corporis.

Vomitus cephalalgicus, S. ſp. 23.
Vomitus a dentitione, S. ſp. 4.
Vomitus iliacus, S. ſp. 24.
Nauſea ex pancreatis ſcirrho, S. ſp. 3.
Vomitus a pancreate, S. ſp. 17.
Vomitus ab hepate obſtructo, S. ſp. 16.

Ano-

Anorexia melancholica, S. ſp. 5.
Gaſtrodynia hypochondriaca, S. ſp. 16.
Flatulentia hypochondriaca, S. ſp. 3.
Flatulentia convulſiva, S. ſp. 7.
Vomitus hypochondriacus, S. ſp. 9.
Vomitus atrabilarius, S. ſp. 15.
Anorexia mirabilis, S. ſp. 10.
Gaſtrodynia hyſterica, S. ſp. 14.
Gaſtrodynia pulſatilis, S. ſp. 13.
Gaſtrodynia chlorotica, S. ſp. 15.
Nauſea a ſemine corrupto, S. ſp. 8.
Nauſea gravidarum, S. ſp. 2.
Vomitus gravidarum, S. ſp. 12.
Flatulentia lochialis, S. ſp. 6.
Anorexia arthritica, S. ſp. 12.
Cardialgia arthritica, S. ſp. 8.
Nauſea nephritica, S. ſp. 7.
Vomitus nephriticus, S. ſp. 20.
Anorexia Stewartiana, S. ſp. 13.
Cardialgia a cardiogmo, S. ſp. 12.
Anorexia plethorica, S. ſp. 3.
Anorexia cacheƈtarum, S. ſp. 7.
Anorexia febrilis, S. ſp. 4.
Cardialgia febricoſa, S. ſp. 4.
Gaſtrodynia febricoſa, S. ſp. 17.
Vomitus febricoſus, S. ſp. 29.
Vomitus rabioſus, S. ſp. 14.
Vomitus haemorrhagicus, S. ſp. 28.
Gaſtrodynia metaſtatica, S. ſp. 19.
Nauſea marina, S. ſp. 12.
Vomitus marinus, S. ſp. 25.
Anorexia neophytorum, S. ſp. 11.

G. XLIV. HYPOCHONDRIASIS.

Dyſpepſia, cum languore, torpore, metu, et moeſtitia.

Hypochondriaſis, S. G. 220. L. 76. V. 218.
Morbus hypochondriacus, *Boerh.* 1098.
Malum hypochondriacum, *Hoffm.* III. 64. *Junck.* 36.

I. Idiopathicae.

Hypochondriaſis melancholica, S. ſp. 3.
Hypochondriaſis algida, S. ſp. 10.
Ex theoria, ut videtur, ſequentes.
Hypochondriaſis bilioſa, S. ſp. 1.
Hypochondriaſis ſanguinea, S. ſp. 2.
Hypochondriaſis pituitoſa, S. ſp. 4.

II. Symptomaticae.

Hypochondriaſis hyſterica, S. ſp. 5.
Hypochondriaſis phthiſica, S. ſp. 6.
Hypochondriaſis aſthmatica, S. ſp. 7.
Hypochondriaſis calculoſa, S. ſp. 8.
Hypochondriaſis tympanitica, S. ſp. 9.

G. XLV. CHLOROSIS.

Dyſpepſia, vel rei non eſculentae deſiderium; cutis pallor vel decoloratio; venae minus plenae, corporis tumor mollis; aſthenia; palpitatio; menſtruorum ſaepe retentio.

Chloroſis, S. G. 309. L. 222. V. 305. *Boerh.* 1285. *Hoffm.* III. 311. *Junck.* 86.
Pica, S. G. 222. V. 301.
Citta, L. 78.

I. Verae.

Chloroſis virginea, S. ſp. 1.
a. Chloroſis amatoria.
Chloroſis a menorrhagia, S. ſp. 2.
Chloroſis gravidarum, S. ſp. 3.

Chlo-

Chloroſis infantum, S. ſp. 4.
Pica infantilis, S. ſp. 1.
Pica chloroſiantium, S. ſp. 2.
Pica malacia, S. ſp. 3.

II. Spuriae ſeu pallores.
Chloroſis verminoſa, S. ſp. 5.
Chloroſis viridis, S. ſp. 6.
Chloroſis ab hydrothorace, S. ſp. 7.
Chloroſis maculoſa, S. ſp. 7.
Chloroſis Carthagenica, S. ſp. 10.
Chloroſis Bengualenſis, S. ſp. 11.
Chloroſis rachialgica, S. ſp. 12.
Pica antiſcorbuticorum, S. ſp. 4.

O. III. SPASMI.

Muſculorum vel fibrarum muſcularium motus abnormes.
Spaſmi, S. Cl. IV. V. Cl. Vog.
Motorii, L. Cl. VII.
Morbi ſpaſmodici et convulſivi, *Hoffm.* III. 9.
Spaſmi et convulſiones, *Junck.* 45. 54.
Epilepſia, *Boerh.* 1071. 1088.

Sect. I. In functionibus naturalibus.

G. XLVI. TETANUS.

Totius fere corporis rigor ſpaſticus.
Tetanus, S. G. 122. L. 127. V. 180.
Catochus, S. G. 123. L. 128. V. 183.
Opiſthotonos, V. 181.
Epiſthotonos, V. 182.

I. Idiopathicae.
Tetanus tonicus, S. ſp. 1.
Tetanus emproſthotonicus, S. ſp. 2.
Tetanus opiſthotonicus, S. ſp. 3.

Tetanus holotonicus, S. ſp. 4.

Tetanus Indicus, S. ſp. 5. *Hillary's* Barbadoes, pag. 219. Chalmer's in Lond. Med. Obſ. Vol. 1. Art. 12.

Spaſmus *Bontii* de med. Ind. meth. med. cap. 2.

Convulſio Indica, S. ſp. 9.

Tetanus lateralis, S. ſp. 6. *Morg.* de ſed. X. 3.

Tetanus mirandus, S. ſp. 13.

Catochus holotonicus, S. ſp. 1. *M. Fehr.* in Ephem. Germ. D. II. A. I. Obſ. I.

Catochus cervinus, S. ſp. 2. *Storck.* ann. med. 1758. in Julio.

Catochus diurnus, S. ſp. 6.

II. Symptomaticae.

Tetanus traumaticus, S. ſp. 11. *Hillary's* Barbadoes, p. 221.

Tetanus ſyphiliticus, S. ſp. 7.

Tetanus verminoſus, S. ſp. 8.

Tetanus hemiplegicus, S. ſp. 9.

Tetanus febricoſus, S. ſp. 10. *Storck.* ann. med. 1759. p. 166.

Tetanus hyſtericus, S. ſp. 12.

G. XLVII. TRISMUS.

Maxillae inferioris rigor ſpaſticus.

Triſmus, S. G. 117. L. 124.

Capiſtrum, V. 208.

I. Species verae.

Triſmus traumaticus, S. ſp. 2. Lond. Med. Obſ. Vol. I. art. 1. 7. V. II. 34. V. III. 31.

Angina ſpaſmodica, S. ſp. 18. *Zwingeri* Act. Helvet. tom. III. pag. 319.

Convulſio a nervi punctura, S. ſp. 2.

Triſmus catarrhalis, S. ſp. 15. *Hillary's* Barbadoes, 221. Lond. Med. Obſ. Vol. IV. 7.

Triſmus naſcentium, S. ſp. 1. *Heiſter.* Med. Comp. cap. XV. §. 10. *Cleghorn* Minorca introd. p. 33. *Hofer.* in act. Helv. tom. 1. p. 65.

II. Spu-

II. Spuriae.

Triſmus inflammatorius, S. ſp. 3.
Triſmus ſcorbuticus, S. ſp. 4.
Triſmus capiſtratus, S. ſp. 11.
Triſmus verminoſus, S. ſp. 5.
Triſmus hypochondriacus, S. ſp. 8.
Triſmus febrilis, S. ſp. 10.
Triſmus crepitans, S. ſp. 7.
Triſmus maxillaris, S. ſp. 13.
Triſmus dolorificus, S. ſp. 14.
Triſmus arthriticus, S. ſp. 9.
Triſmus occipitalis, S. ſp. 12.
Triſmus cynicus, S. ſp. 16.
Triſmus cynogelos, S. ſp. 17.
Triſmus ſardonicus, S. ſp. 18.
Triſmus diaſtrophe, S. ſp. 9.

G. XLVIII. CONVULSIO.

Muſculorum contractio, clonica, abnormis, citra ſoporem.

Convulſio, S. G. 128. L. 142. V. 191.
Scelotyrbe, S. G. 136.
Chorea, L. 139.
Hieranoſos, L. 144. V. 190.

I. Idiopathicae.

Convulſio univerſalis, S. ſp. 11.
Convulſio habitualis, S. ſp. 12.
Convulſio ab inanitione, S. ſp. 1.
Convulſio ab onaniſmo, S. ſp. 13.
Convulſio hemitotonos, S. ſp. 15.
Convulſio abdominis, S. ſp. 10.
Scelotyrbe chorea viti, S. ſp. 1. *Sydenh.* Schedul. mon.
Scelotyrbe feſtinans, S. ſp. 2.
Scelotyrbe inſtabilis, S. ſp. 3.

II. Sympto-

II. Symptomaticae.

Convulſio a capitis ictu, S. ſp. 4.
Convulſio ab hydrocephalo, S. ſp. 5.
Convulſio nephralgica, S. ſp. 6.
Convulſio gravidarum, S. ſp. 14.
Scelotyrbe verminoſa, S. ſp. 5.
Convulſio febrilis, S. ſp. 3.
Convulſio intermittens, S. ſp. 16.
Scelotyrbe intermittens, S. ſp. 4.

G. XLIX. RAPHANIA.

Articulorum contractio ſpaſtica, cum agitatione convulſiva, dolore violentiſſimo, periodico.

Raphania, L. 145. V. 193. *Linn.* Amoen. acad. Vol. VI.
Convulſio raphania, S. ſp. 7.
Eclampſia typhodes, S. ſp. 1. *Sennert.* de febr. L. IV. cap. 16. *Gregor. Horſt.* oper. tom. II. L. VIII. obſ. 22. *Brunner* in Ephem. Germ. D. III. A. II. obſ. 224. *Williſch.* ibid. Cent. VII. obſ. 13. *Wepfer.* de affect. cap. obſ. 120. *Breſlauer* Sammlung 1717. Julio, Septembri, et Decembr. Ibid. 1723. Januar. A. N. C. vol. VII. obſ. 41.
Convulſio ab uſtilagine, S. ſp. 8.
An Convulſio Solonienſis vel Necroſis uſtilaginea ſit idem morbus? Vide *Salerne* in mémoires preſentés à l'acad. des ſciences, tom. II.

G. L. EPILEPSIA.

Muſculorum convulſio cum ſopore.

Epilepſia, S. G. 134. L. 143. V. 188. *Boerh.* 1071. *Hoffm.* III. 9. *Junck.* 54.
Eclampſia, S. G. 133. V. 189.

I. Idiopathicae.

Epilepſia plethorica, S. ſp. 1.
Eclampſia plethorica, S. ſp. 7.
Eclampſia ab inanitione, S. ſp. 8.

Epilepſia

Epilepſia traumatica, S. ſp. 13.
Eclampſia traumatica, S. ſp. 9.
Epilepſia pedi ſymptomatica, S. ſp. 6.
Epilepſia ſymptomatica, S. ſp. 8.
Epilepſia a pathemate, S. ſp. 7.
Eclampſia neophytorum, S. ſp. 15.
Eclampſia ab atropa, S. ſp. 11.
Eclampſia ab oenanthe, S. ſp. 12.
Eclampſia a cicuta, S. ſp. 13.
Eclampſia a coriaria, S. ſp. 14.
Epilepſia exanthematica, S. ſp. 11.

II. Symptomaticae.

Epilepſia cachectica, S. ſp. 2.
Epilepſia ſtomachica, S. ſp. 3.
Eclampſia a ſaburra, S. ſp. 5.
Epilepſia uterina, S. ſp. 4.
Epilepſia a dolore, S. ſp. 10.
Eclampſia a doloribus, S. ſp. 4.
a. Rachialgica.
b. Ab otalgia.
c. A dentitione.
Epilepſia febricoſa, S. ſp. 9.
Eclampſia febricoſa, S. ſp. 17.
Eclampſia exanthematica, S. ſp. 10.
Epilepſia ſyphilitica, S. ſp. 12.
Epilepſia rachialgica, S. ſp. 14.
Eclampſia verminoſa, S. ſp. 2.
Eclampſia parturientium, S. ſp. 3.
Eclampſia ab hydrocephalo, S. ſp. 16.
Eclampſia ab iſchuria, S. ſp. 6.

G. LI. PALPITATIO.

Motus cordis vehemens, abnormis.

Palpitatio, S. G. 130. L. 132. V. 213. *Hoffm.* III. 83. *Junck.* 33.

I. A morbo cordis aut vaſorum majorum.

Palpitatio ab aneuryſmate cordis, S. ſp. 1. *Senac* Mal. du cœur. p. 484. *Lanciſi* de aneuryſm.

Palpitatio tremula, S. ſp. 4. *Senac* du cœur, p. 502.

Palpitatio apoſtematoſa, S. ſp. 7. *Lanciſi* de aneuryſmate, lib. 1. prop. 5. *Senac* du cœur, p. 485.

Palpitatio a corde oſſificato, S. ſp. 2. *Senac* du cœur. pag. 484. *Morgagni* de ſed. Ep. XXIV. 17.

Palpitatio calculoſa, S. ſp. 3.

Palpitatio a polypo, S. ſp. 5. *Senac* du cœur. lib. IV. cap. 16. p. 484.

Palpitatio polypoſa, S. ſp. 6.

Palpitatio ex aortae aneuryſmate, S. ſp. 8.

Palpitatio ex aortae anguſtia, S. ſp. 9. *Lanciſi* de aneuryſ. prop. 53. *Senac* p. 484.

II. A morbo aliarum partium vel totius corporis.

Palpitatio a pancreate, S. ſp. 10. *Storck* ann. med. I. p. 245.

Palpitatio arthritica, S. ſp. 11.

Palpitatio chlorotica, S. ſp. 12.

Palpitatio hyſterica, S. ſp. 13.

Palpitatio melancholica, S. ſp. 14. *Lanciſi* de aneuryſ. prop. 44.

Palpitatio febricoſa, S. ſp. 15. *Storck* Ann. med. 1. p. 75.

G. LII. ASTHMA.

Spirandi difficultas, cum anguſtiae in pectore ſenſu, per intervalla ſubiens.

Aſthma, S. G. 145. L. 161. V. 268.

Aſthma convulſivum et ſpaſmodico-flatulentum, *Hoffm.* III. 94.

Aſthma ſpaſticum, *Junck.* tab. 51.

Orthopnoea, S. G. 146. L. 162. V. 269.

I. Species idiopathicae.

Aſthma humidum, S. ſp. 1. flatulentum. *Floyer* on the aſthma, chap. 1.

Aſthma ſtomachicum, S. ſp. 8. *Floyer* ſcheme of the ſpecies of aſthma, periodic aſthma, 6.

Aſthma

Aſthma convulſivum, S. ſp. 2. *Willis* Pharm. rat. P. II. ſect. 1. cap. 12.

Aſthma hyſtericum, S. ſp. 3. *Floyer* on the aſthma, cap. 1.

Aſthma hypochondriacum, S. ſp. 4.

Aſthma exanthematicum, S. ſp. 11.

Aſthma cachecticum, S. ſp. 13.

Aſthma plethoricum, S. ſp. 15.

II. Symptomaticae.

Aſthma arthriticum, S. ſp. 5.

Aſthma venereum, S. ſp. 14. *Junck.* tab. 32. VI. 15.

N. *Cum ſpecies aſthmatis dyſpnoeae et orthopnoeae adeo ſaepe confundantur, ſpecies dyſpnoeae ut et aſthmatis et orthopnoeae, quae ad dyſpnoeam referre liceat, hic, utcunque ordinatas, ſubjungere utile fore putavi.*

Dyſpnoea eſt,

I. Ex pulmonibus immediate affectis.

1. Ex vitio ipſius pulmonis.

Dyſpnoea pituitoſa, S. ſp. 1.

Aſthma catarrhale, S. ſp. 16. pneumonicum, *Willis* Pharm. rat. P. II. ſect. I. cap. 12.

Dyſpnoea a pneumatia, S. ſp. 12.

Dyſpnoea a tuberculis, S. ſp. 2.

Dyſpnoea a ſteatomatis, S. ſp. 5.

Dyſpnoea a hydatidibus, S. ſp. 4.

Dyſpnoea calculoſa, S. ſp. 3.

Aſthma pneumodes, S. ſp. 17.

Dyſpnoea polypoſa, S. ſp. 20.

Orthopnoea peripneumonica, S. ſp. 1.

Orthopnoea pſeudo-peripneumonia, S. ſp. 21.

Orthopnoea ab hydropneumonia, S. ſp. 12.

Orthopnoea a vomica, S. ſp. 7.

Dyſpnoea a vomica, S. ſp. 6.

2. Ex morbo cordis vel vaſorum majorum.

Dyſpnoea a corde, S. ſp. 11.
Aſthma a polypo cordis, S. ſp. 6.
Orthopnoea polypoſa, S. ſp. 26.
Orthopnoea cardiaca, S. ſp. 2.
Dyſpnoea aneuryſmatica, S. ſp. 19.
Orthopnoea ab aneuryſmate, S. ſp. 8.
Dyſpnoea ab aortae anguſtia, S. ſp. 22.

3. Ex compreſſo pulmone.

a. A tumore intra thoracem.

Orthopnoea a pinguedine, S. ſp. 6.
Orthopnoea a lipomate, S. ſp. 18.
Orthopnoea a bronchocele, S. ſp. 10.

b. Ab humore effuſo intra thoracem.

Orthopnoea ab hydrothorace, S. ſp. 5.
Orthopnoea ab empyemate, S. ſp. 13.

c. A partibus thoracem cingentibus.

Aſthma a gibbo, S. ſp. 9.
Dyſpnoea rachitica, S. ſp. 10.
Dyſpnoea traumatica, S. ſp. 15.
Orthopnoea traumatica, S. ſp. 14.

d. A tumore abdominali.

Dyſpnoea a phyſconia, S. ſp. 7.
Dyſpnoea a graviditate, S. ſp. 8.
Dyſpnoea tympanitica, S. ſp. 9.
Dyſpnoea a liene, S. ſp. 14.
Dyſpnoea a ſtomacho, S. ſp. 13.
Dyſpnoea a gaſtrocele, S. ſp. 17.
Orthopnoea a gaſtrocele, S. ſp. 11.

4. A cauſis externis.

Aſthma pulverulentorum, S. ſp. 7.
Aſthma metallicum, S. ſp. 12.

Orthop-

Orthopnoea a vaporibus, S. ſp. 16.
Orthopnoea a deglutitis, S. ſp. 9.

II. Ex pulmonibus ſympathice affectis.

Orthopnoea hyſterica, S. ſp. 4.
Orthopnoea ſpaſmodica, S. ſp. 3.
Orthopnoea ab antipathia, S. ſp. 15.
Orthopnoea a fungis, S. ſp. 25.
Orthopnoea a vermibus, S. ſp. 17.
Dyſpnoea plethorica, S. ſp. 21.
Orthopnoea ab inanitione, S. ſp. 19.
Dyſpnoea ſcorbutica, S. ſp. 18.
Orthopnoea ſcorbutica, S. ſp. 22.
Aſthma febricoſum, S. ſp. 18.
Orthopnoea febricoſa, S. ſp. 20.
Orthopnoea varioloſa, S. ſp. 24.
Orthopnoea a hydrocephalo, S. ſp. 23.

G. LIII. PERTUSSIS.

Morbus contagioſus; tuſſis convulſiva, ſtrangulans; cum inſpiratione ſonora, iterata; ſaepe vomitus.

Pertuſſis, *Sydenham* Ed. Leid. p. 200. 311. 312. *Huxham* de aere, ad ann. 1732.
Tuſſis convulſiva, ſive ferina, *Hoffm.* III. 111.
Tuſſis ferina, S. ſp. 10.
Tuſſis convulſiva, S. ſp. 11.
Amphimerina tuſſiculoſa, S. ſp. 13.

III. In functionibus naturalibus.

G. LIV. PYROSIS.

Epigaſtrii dolor urens, cum copia humoris aquei, plerumque inſipidi, aliquando acris, eructata.

Pyroſis, S. G. 200. Scotis, The Water-braſh,
Species unica vera,

Pyroſis Suecica, S. ſp. 4.
Cardialgia ſputatoria, S. ſp. 5.
Caeterae Sauvageſii ſpecies ſymptomaticae ſunt.
Pyroſis vulgaris, S. ſp. 1.
Pyroſis a conceptione, S. ſp. 6.
Pyroſis biliosa, S. ſp. 2.
Pyroſis a phlogoſi, S. ſp. 3.
Pyroſis ulceroſa, S. ſp. 5.

G. LV. COLICA.

Dolor abdominis, praecipue circa umbilicum torquens; vomitus; alvus adſtricta.

Colica, S. G. 204. L. 50. V. 160. *Junck.* 106.
Colica ſpaſmodica et flatulenta, *Hoffm.* II. 284.
Rachialgia, S. G. 211.
Ileus, S. G. 252. V. 162.
Iliaca, L. 185.
Dolor et ſpaſmus iliacus, *Hoffm.* II. 263.
Paſſio iliaca, *Junck.* 107.
Species ex Sauvageſio ſunt,
Colica flatulenta, S. ſp. 1.
Ileus phyſodes, S. ſp. 9.
Colica ſpaſmodica, S. ſp. 7.
Ileus ſpaſmodicus, S. ſp. 3.
Rachialgia pictonum, S. ſp. 1.
Colica biliosa, S. ſp. 5.
Rachialgia ab adiapneuſtia, S. ſp. 5.
Colica hyſterica, S. ſp. 17.
Colica gravidarum, S. ſp. 16.
Colica pituitoſa, S. ſp. 2.
Ileus a colo pituita infarcto, S. ſp. 5.
Colica ſtercorea, S. ſp. 3.
Ileus a foecibus induratis, S. ſp. 2.
Colica meconialis, S. ſp. 19.

Colica

Colica accidentalis, S. ſp. 18.
Colica lactentium, S. ſp. 20.
Colica Japonica, S. ſp. 10.
Ileus Indicus, S. ſp. 8.
Ileus a veneno, S. ſp. 14.
Rachialgia metallica, S. ſp. 3.
Colica calculoſa, S. ſp. 15.
Ileus calculoſus, S. ſp. 10.
Colica verminoſa, S. ſp. 4.
Ileus verminoſus, S. ſp. 13.
Colica Lapponica, S. ſp. 9.
Ileus volvulus, S. ſp. 7.
Ileus hernioſus, S. ſp. 6.
Colica enterocelica, S. ſp. 22.
Ileus a calloſa coli ſtrictura, S. ſp. 11.
Ileus imperforatorum, S. ſp. 12.
Ileus ab inteſtino compreſſo, S. ſp. 4.
Colica meſenterica, S. ſp. 11.
Colica ſcirrhoſa, S. ſp. 12.
Colica pancreatica, S. ſp. 13.
Colica pulſatilis, S. ſp. 14.
Ileus inflammatorius, S. ſp. 1.
Colica phlogiſtica, S. ſp. 6.
Colica plethorica, S. ſp. 8.
a. Haemorrhoidalis.
b. Catamenialis.
Colica febricoſa, S. ſp. 21.
Rachialgia febricoſa, S. ſp. 2.
Rachialgia arthritica, S. ſp. 4.
Rachialgia ſcorbutica, S. ſp. 6.
Rachialgia traumatica, S. ſp. 7.
Rachialgia ab oſteoſarcoſi, S. ſp. 8.

G. LVI.

G. LVI. CHOLERA.

Humoris plerumque birioſi vomitus, ejuſdem ſimul dejectio frequens; anxietas; tormina; ſurarum ſpaſmata.

Cholera, S. 253. L. 186. V. 110. *Hoffm.* II. 165.
Diarrhoea cholerica, *Junck.* 112.
Species ſunt.
Cholera ſpontanea, S. ſp. 1. *Sydenh.* Sect. IV. cap. 2.
Cholera crapuloſa, S. ſp. 11.
Cholera a venenis foſſilibus, S. ſp. 4.
Cholera a veneno animali, S. ſp. 5.
Cholera ſicca, S. ſp. 2. *Sydenh.* Sect. IV. cap. 2.
a. Cholera auriginoſa a fungis venenatis.
b. Cholera dyſenterica auriginoſa.
Cholera Verminoſa, S. ſp. 9.
Cholera arthritica, S. ſp. 10.
Cholera intermittens, S. ſp. 6.
Cholera inflammatoria, S. ſp. 8.
Cholera indica, S. ſp. 7.

G. LVII. DIARRHOEA.

Dejectio frequens; morbus non contagioſus; pyrexia nulla primaria.

Diarrhoea, S. G. 254. L. 187. V. 105. *Junck.* 112.
Hepatirrhoea, S. G. 246.
Cholerica, L. 190.
Coeliaca, S. G. 255. L. 189. V. 109.
Lienteria, S. G. 256. L. 188.
Pituitaria, V. 111.

I. Idiopathicae.

Diarrhoea ſtercoroſa, S. ſp. 1.
Diarrhoea vulgaris, S. ſp. 2.
Diarrhoea lactentium, S. ſp. 19.

Diarrhoea

Diarrhoea lactea, S. ſp. 4.
Dyſenteria pariſiaca, S. ſp. 3.
Diarrhoea pituitoſa, S. ſp. 4.
Coeliaca mucoſa, S. ſp. 3.
Diarrhoea ſeroſa, S. ſp. 10.
a. Diarrhoea urinoſa.
Diarrhoea bilioſa, S. ſp. 8.
Diarrhoea adipoſa, S. ſp. 18.
Diarrhoea ab hypercatharſi, S. ſp. 16.
Dyſenteria a catharticis, S. ſp. 12.
Coeliaca chyloſa, S. ſp. 1.
Lienteria ſpontanea, S. ſp. 2.
Hepatirrhoea inteſtinalis, S. ſp. 2.

II. Symptomaticae.

Diarrhoea febrilis, S. ſp. 3.
Diarrhoea febricoſa, S. ſp. 20.
Hepatirrhoea intermittens, S. ſp. 7.
Diarrhoea varioloſa, S. ſp. 6.
Diarrhoea pleuriticorum, S. ſp. 21.
Diarrhoea arthritica, S. ſp. 9.
Diarrhoea colliquativa, S. ſp. 13.
Diarrhoea choleriodes, S. ſp. 17.
Hepatirrhoea vera, S. ſp. 1.
Hepatirrhoea a vulnere, S. ſp. 3.
Hepatirrhoea meſenterica, S. ſp. 4.
Dyſenteria a meſenterii vomica, S. ſp. 11.
Diarrhoea purulenta, S. ſp. 11.
Caeliaca purulenta, S. ſp. 2.
Hepatirrhoea ſcorbutica, S. ſp. 5.
Dyſenteria ſcorbutica, S. ſp. 18.
Lienteria ſcorbutica, S. ſp. 3.
Lienteria ex ulcere ventriculi, S. ſp. 1.
Lienteria aphthoſa, S. ſp. 4.

Lienteria ſecundaria, S. ſp. 5.
Diarrhoea verminoſa, S. ſp. 14.
Diarrhoea a dentitione, S. ſp. 15.
Diarrhoea chilienſis, S. ſp. 12.
Diarrhoea acraſia, S. ſp. 7.

G. LVIII. DIABETES.

Urinae praeternaturalis, copia immodica, profuſio, chronica.

Diabetes, S. G. 263. L. 197. V. 115. *Junck.* 99.
Diureſis, V. 114.

I. Idiopathicae.

Diabetes legitimus, S. ſp. 1.
Diabetes Anglicus, S. ſp. 2. *Mead* on poiſons, Eſſ. 1. Monita med. cap. 9. ſect. 2.
Diabetes a vino, S. ſp. 5.

II. Symptomaticae.

Diabetes hyſtericus, S. ſp. 3. *Sydenh.* Diſſ. Epiſt. ad G. Cole.
Diabetes arthriticus, S. ſp. 6.
Diabetes artificialis, S. ſp. 4.

G. LIX. HYSTERIA.

Ventris murmura; ſenſus globi in abdomine ſe volventis, ad ventriculum et fauces aſcendentis, ibique ſtrangulantis; ſopor; convulſiones; urinae limpidae copia profuſa; animus, nec ſponte, varius et mutabilis.

Hyſteria, S. G. 135. L. 126. V. 219.
Malum hyſtericum, *Hoffm.* III. 50. *Junck.* 36.
Affectio hyſterica, *Willis* de morb. convulſ. cap. 9. 10. et 11. *Sydenh.* Diſſ. Epiſt. ad G. Cole. *Whytt* on nervous diſeaſe.

I. Idiopathicae.

Hyſteria chlorotica, S. ſp. 2.
Hyſteria libidinoſa, S. ſp. 6.

Hyſteria

Hyſteria a menorrhagia, S. ſp. 3.
Hyſteria a leucorrhoea, S. ſp. 4.

II. Symptomaticae.

Hyſteria ſtomachica, S. ſp. 7.
Hyſteria emphractica, S. ſp. 5.
Hyſteria verminoſa, S. ſp. 1.
Hyſteria febricoſa, S. ſp. 7.

G. LX. HYDROPHOBIA.

Potionis cujuſlibet, ut convulſionem pharyngis dolentem cientis, faſtidium et horror; plerumque e morſu animalis rabidi.

Hydrophobia, S. G. 231. L. 86. V. 30. *Boerh.* 1138. *Junck.* 124.

Species ſunt,

Hydrophobia vulgaris, S. ſp. 1.
Hydrophobia ſpontanea, S. ſp. 2.

O. IV. VESANIÆ.

Mentis functiones laeſae, ſine pyrexia vel comate.

Veſaniae, S. Cl. VIII.
Mentales, L. Cl. V. O. I.
Paranoae, V. Cl. IX.

G. LXI. AMENTIA.

Mentis functionum imbecillitas.

Amentia, S. G. 233. V. 337.
Moroſis, L. 106.
Amneſia, S. G. 237.
Oblivio, L. 107. V. 338.
Stupiditas, moroſis, fatuitas, V. 336.
Memoriae debilitas, *Junck.* 120.

Species ſunt,

Amentia ſenilis, S. ſp. 1.
Amneſia ſenilis, S. ſp. 2.

Amneſia a venere, S. ſp. 1.
Amentia moroſis, S. ſp. 8.
Amentia ſeroſa, S. ſp. 2.
Amentia ab hydatidibus, S. ſp. 5.
Amentia a tumore, S. ſp. 4.
Amentia calculoſa, S. ſp. 12.
Amentia ex ſiccitate, S. ſp. 7.
Amentia microcephala, S. ſp. 6.
Amneſia plethorica, S. ſp. 4.
Amneſia cephalalgica, S. ſp. 6.
Amneſia a pathemate, S. ſp. 5.
Amentia a venenis, S. ſp. 3.
Amentia rachialgica, S. ſp. 10.
Amneſia a temulentia, S. ſp. 7.
Amentia ab ictu, S. ſp. 9.
Amneſia traumatica, S. ſp. 3.
Amentia a quartana, S. ſp. 11.
Amneſia febriſequa, S. ſp. 8.

G. LXII. MELANCHOLIA.

Inſania partialis.

Melancholia, S. G. 234. L. 71. V. 332. *Boerh.* 1089. *Junck.* 121.
Daemonomania, S. G. 236.
Daemonia, L. 69.
Veſania, L. 70.
Panophobia, L. 75.
Athymia, V. 329.
Delirium melancholicum, *Hoffm.* III. 251.
Erotomania, L. 82.
Noſtalgia, S. G. 226. L. 83. *Junck.* 125.
Melancholia nervea, Cl. *Lorry* de melancholia, P. I.

Species ſunt,

Melancholia vulgaris, S. ſp. 1.
Melancholia argantis, S. ſp. 4.

Melan-

Melancholia Anglica, S. ſp. 11.
Melancholia phrontis, S. ſp. 14.
Panophobia phrontis, S. ſp. 3.
Melancholia religioſa, S. ſp. 3.
Melancholia enthuſiaſtica, S. ſp. 13.
Melancholia ſaltans, S. ſp. 8.
Melancholia amatoria, S. ſp. 2.
Melancholia moria, S. ſp. 5.
Melancholia Scytharum, S. ſp. 10.
Melancholia errabunda, S. ſp. 7.
Melancholia zoantropia, S. ſp. 12.
Melancholia hippantropica, S. ſp. 9.
Melancholia attonita, S. ſp. 6.

N. *Daemonomaniam plerumque ſimulatam eſſe cenſemus.*

G. LXIII. MANIA.

Inſania univerſalis.

Mania, S.G.235. L.68.V.331. *Boerh.*1118. *Junck.*122. *Battie* on madneſs.
Paraphroſyne, L. 66.
Amentia, L. 67.
Delirium maniacum, *Hoffm.* III. 251.

Species ſunt,

Mania vulgaris, S. ſp. 7.
Mania a pathemate, S. ſp. 1.
Mania ab hemicrania, S. ſp. 3.
Mania periodica, S. ſp. 6.
Mania a venenis, S. ſp. 5.
Mania metaſtatica, S. ſp. 4.
Mania lactea, S. ſp. 2.
Mania hyſteralgica, S. ſp. 8.

G. LXIV. SOMNIUM.

In ſomno imaginatio vehementior vel moleſta.

Somnium, V. 339.
Somnambuliſmus, S. G. 221. L. 77.

Hypnobataſis, V. 340.
Noctambulatio, *Junck.* 124.
Ephialtes, S. G. 138. L. 163.
Incubus, V. 211. *Junck.* 50.
Panophobia, S. G. 227.

Species ſunt,

Somnambuliſmus vulgaris, S. ſp. 1.
Somnambuliſmus catalepticus, S. ſp. 2.

Panophobia verminoſa, S. ſp. 1.
Ephialtes verminoſa, S. ſp. 4.

Ephialtes plethorica, S. ſp. 1.
Ephialtes ſtomachica, S. ſp. 2.
Ephialtes hypochondriaca, S. ſp. 6.
Ephialtes ex hydrocephalo, S. ſp. 3.
Ephialtes tertianaria, S. ſp. 5.

N. *Veſaniae ſymptomaticae.*

Paraphroſyne, S. G. 232.
Delirium, L. 65. V. 330.

CL. III. CACHEXIÆ.

Totius vel magnae partis corporis habitus depravatus; ſine pyrexia primaria vel neuroſi.

Cachexiae, S. Cl. X. V. Cl. VIII.
Deformes, L. Cl. X.

O. I. MARCORES.

Corporis totius macies.

Macies, S. Cl. X. O. I.
Emaciantes, L. Cl. X. O. I.

G. LXV.

G. LXV. TABES.

Marcor; aſthenia; pyrexia hectica.

Tabes, S. G. 275. L. 209. V. 309.

Species ſunt,

Tabes apoſtematodes, S. ſp. 3.
Tabes ulceroſa, S. ſp. 12.
Tabes a vomica, S. ſp. 15.
Tabes ſenilis, S. ſp. 2.
Tabes hepatica, S. ſp. 8.
Tabes a ſtomacho, S. ſp. 14.
Tabes rachialgica, S. ſp. 16.
Tabes meſenterica, S. ſp. 9.
Tabes glandularis, S. ſp. 10.
Atrophia infantilis, S. ſp. 13.
Atrophia rachitica, S. ſp. 8.
Tabes a pericardio, S. ſp. 7.
Tabes catarrhalis, S. ſp. 13.
Tabes a veneno, S. ſp. 17.
Atrophia febriſequa, S. ſp. 16.

G. LXVI. ATROPHIA.

Marcor et aſthenia ſine pyrexia hectica.

Atrophia, S. G. 277. L. 210. V. 308. *Junck.* 41.
Maraſmus, L. 211.

Species ſunt,

Atrophia ſenilis, S. ſp. 11.
Atrophia nervoſa, S. ſp. 1.
Atrophia a vomitu, S. ſp. 9.
Atrophia a ptyaliſmo, S. ſp. 7.
Atrophia a ſanguifluxu, S. ſp. 2.
Atrophia ab alvi fluxu, S. ſp. 6.
Atrophia lactentium, S. ſp. 3.
Tabes ſudatoria, S. ſp. 6.

Atro-

Atrophia a leucorrhoea, S. ſp. 4.
Tabes dorſalis, S. ſp. 1.
Tabes nutricum, S. ſp. 4.
Atrophia nutricum, S. ſp. 5.
Tabes ſyphilitica, S. ſp. 11.
Atrophia ſcorbatica, S. ſp. 12.
Tabes a hydrope, S. ſp. 5.
Atrophia a crinonibus, S. ſp. 10.
Atrophia verminoſa, S. ſp. 14.
Atrophia lateralis, S. ſp. 15.

O. II. INTUMESCENTIÆ.

Totum vel magna corporis pars extrorſum tumens.

Intumeſcentiae, S. Cl. X. O. II.
Tumidoſi, L. Cl. X. O. II.

Sect. I. *ADIPOSÆ.*

G. LXVII. POLYSARCIA.

Corporis pinguedinoſa intumeſcentia moleſta.

Polyſarcia, S. G. 279. L. 213. V. 540.
Steatites, V. 390.

Species unica,

Polyſarcia adipoſa.

Sect. II. *FLATUOSÆ.*

G. LXVIII PNEUMATOSIS

Corporis intumeſcentia tenſa, elaſtica, ſub manu crepitans.

Pneumatoſis, S. G. 280. V. 391.
Emphyſema, S. G. 13. L. 228. V. 392.
Leucophlegmatia, L. 214.

Species ſunt,

Emphyſema ſpontaneum, S. ſp. 1.
Pneumatoſis a vulnere, S. ſp. 2.
Pneumatoſis a veneno, S. ſp. 1.

Pneumatoſis

Pneumatoſis hyſterica, S. ſp. 3.
Pneumatoſis febrilis, S. ſp. 4.

G. LXIX. TYMPANITES.

Abdominis intumeſcentia tenſa, elaſtica, ſonora; alvus adſtricta; caeterarum partium macies; rejecto ſurſum vel deorſum aere levamen.

Tympanites, S. G. 291. L. 219. V. 316. *Boerh.* 226. *Junck.* 87.
Affectio tympanitica, *Hoffm.* III. 339.
Meteoriſmus, S. G. 292.

Species ſunt,

Tympanites inteſtinalis, S. ſp. 1.
Tympanites enterophyſodes, S. ſp. 3.
Tympanites Stewartii, S. ſp. 6.
Meteoriſmus abdominis, S. ſp. 2.
Tympanites ſpaſmodicus, S. ſp. 5.
Meteoriſmus hyſtericus, S. ſp. 3.
Meteoriſmus ventriculi, S. ſp. 1.
Meteoriſmus a manzanilla, S. ſp. 4.
Tympanites verminoſus, S. ſp. 7.
Tympanites abdominalis, S. ſp. 2.
Tympanites aſciticus, S. ſp. 4.

G. LXX. PHYSOMETRA.

Tumor levis, elaſticus, in hypogaſtrio figuram et ſedem uteri referens.

Phyſometra, S. G. 290.
Hyſterophyſe, V. 317.

Species ſunt,

Phyſometra ſicca, S. ſp. 1.
Tympanites uteri ſicca, *Aſtruc* ſur les malad. des femmes, L. II. cap. 9.
Phyſometra humida, S. ſp. 2.
Tympanites uteri humida, *Aſtruc* loc. cit.

Sect. III. *AQUOSÆ SIVE HYDROPES.*

G. LXXI. ANASARCA.

Corporis intumeſcentia mollis, inelaſtica.

Anaſarca, S. G. 281. L. 215. V. 313. *Boerh.* 1225. *Hoffm.* III. 322. *Junck.* 87. *Monro* on the Dropſy, 1765.

Phlegmatia, S. G. 282.

Angina aquoſa, *Boerh.* 791.

Species ſunt,

Phlegmatia vulgaris, S. ſp. 1.
Anaſarca Americana, S. ſp. 7.
Anaſarca a fluxu, S. ſp. 2.
Anaſarca a febribus, S. ſp. 4.
Anaſarca metaſtatica, S. ſp. 1.
a. Anaſarca periodica.
b. Anaſarca ab adiapneuſtia.
Anaſarca exanthematica, S. ſp. 3.
Phlegmatia a menoſtaſia, S. ſp. 5.
Phlegmatia lactea, S. ſp. 3.
Phlegmatia gravidarum, S. ſp. 4.
Phlegmatia cruralis, S. ſp. 9.
Anaſarca gravidarum, S. ſp. 5.
Anaſarca hyſterica, S. ſp. 6.
Phlegmatia hyſterica, S. ſp. 2.
Anaſarca rachialgica, S. ſp. 8.
Phlegmatia exanthematica, S. ſp. 10.
Anaſarca hydropotarum, S. ſp. 10.
Anaſarca urinoſa, S. ſp. 11.
Anaſarca purulenta, S. ſp. 9.
Phlegmatia ulceroſa, S. ſp. 6.
Phlegmatia Malabarica, S. ſp. 7.
Phlegmatia elephantina, S. ſp. 8.
Phlegmatia Delienſis, S. ſp. 11.

G. LXXII. HYDROCEPHALUS.

Capitis intumeſcentia mollis, inelaſtica, hiantibus cranii ſuturis.

Hydrocephalus, S. G. 285. L. 216. *Boerh.* 1217. *Gaudelius* de hydrocephal. apud *Sandifort* Theſaur. Vol. II.

Hydrocephalum, V. 384.

Species ſunt,

Hydrocephalus interior, S. ſp. 1. *Whytt's* Works, p. 725. Lond. Med. Obſ. Vol. IV. Art. 6.

Hydrocephalus exterior, S. ſp. 2.

G. LXXIII. HYDRORACHITIS.

Tumor ſupra vertebras lumborum, mollis, exiguus, hiantibus vertebris.

Hydrorachitis, S. G. 287. *Morgagn.* de ſed. XII. 9. et ſeq.

Spinola, L. 289.

Spina bifida, V. 386.

G. LXXIV. HYDROTHORAX.

Dyſpnoea; faciei pallor; pedum oedemata; urina parca; decubitus difficilis; ſubita et ſponte ex ſomno cum palpitatione excitatio; aqua in pectore fluctuans.

Hydrothorax, S. G. 150. V. 311. *Boerh.* 1219.

Species ſunt,

Hydrothorax vulgaris, S. ſp. 3.

Hydrothorax mediaſtini, S. ſp. 6.

Hydrothorax pleurae, S. ſp. 7. *Hoffm.* III. 337.

Hydrothorax pericardii, S. ſp. 8. *Morgagn.* de ſed. XVI. 34. 36. *Senac* du coeur. tom. II. pag. 349.

Hydrothorax chyloſus, S. ſp. 1. *Willis.* Pharm. rat. P. II. Sect. I. cap. 13.

Hydrothorax hydatidoſus, S. ſp. 5. *Morg.* de ſed. XVI. 33.

Hydrothorax febriſequens, S. ſp. 4.

Hydrothorax a ſcabie, S. ſp. 9. *Morg.* de ſed. XVI. 35.

Hydrothorax ab omento, S. ſp. 2.

G. LXXV. ASCITES.

Aſcites, S. G. 288. L. 217. V. 314. *Boerh.* 1226. *Hoffm.* III. 322. *Junck.* 87. *Monro* on the Dropſy, 1765.

Species ſunt,

1. Seroſi abdominales.

Aſcites vulgatior, S. ſp. 1.
Aſcites ab oppilatione, S. ſp. 2.
Aſcites ab hepate, S. ſp. 3.
Aſcites a liene, S. ſp. 4.
Aſcites ſcrophuloſus, S. ſp. 5.
Aſcites artificialis, S. ſp. 10.
Aſcites ab ovariis, S. ſp. 6.
Aſcites ovarii, S. ſp. 19.
  a. Aſcites ſaccatus.
Hydrometra ovarii, S. ſp. 6.
Aſcites a ſanguifluxibus, S. ſp. 7.
Aſcites febrilis, S. ſp. 12.
  a. Aſcites ex quartana.
Aſcites ab exanthematis, S. ſp. 8.
Aſcites arthriticus, S. ſp. 9.
Aſcites ſcorbuticus, S. ſp. 11.
Aſcites calidus, S. ſp. 13.

2. Seroſi non abdominales.

Aſcites intercus, S. ſp. 14.
Aſcites intermuſcularis, S. ſp. 17.
Aſcites ſtomachi, S. ſp. 16.
Aſcites omentalis, S. ſp. 18.

3. Non ſeroſi abdominales.

Aſcites cruentus, S. ſp. 20.
Aſcites purulentus, S. ſp. 21.
Aſcites urinoſus, S. ſp. 22.
Aſcites chyloſus, S. ſp. 23.
Aſcites oleoſus, S. ſp. 24.

4. Nec

4. Nec ſeroſi nec abdominales.

Aſcites ſanguineo-intercus, S. ſp. 26.
Aſcites ſanguineo peritonaeus, S. ſp. 27.
Aſcites flatulento-peritonaeus, S. ſp. 28.
Aſcites purulento-peritonaeus, S. ſp. 29.

G. LXXVI. HYDROMETRA.

Hypogaſtrii in mulieribus paulatim creſcens tumor, uteri figuram referens, preſſui cedens fluctuanſve; citra iſchuriam et graviditatem.

Hydrometra, S. G. 289. *Boerh.* 1224.

Species ſunt,

Hydrometra aſcitica, S. ſp. 1.
Hydrometra hydatica, S. ſp. 4.
Aſcites uterinus, S. ſp. 15.
Hydrometra ſanguinea, S. ſp. 3.
Aſcites ſanguineo-uterinus, S. ſp, 25.
Hydrometra puriformis, S. ſp. 5.
Hydrometra gravidarum, S. ſp. 2.

G. LXXVII. HYDROCELE.

Tumor ſcroti non dolens, paulatim creſcens, mollis, fluctuans, pellucidus.

Oſcheocele, S. G. 41. V. 388.
Hydrops ſcroti, V. 389.
Hydrops teſtium, *Boerh.* 1227.

Species ſunt,

Oſcheocele aquoſa, S. ſp. 2. *Monro* in Edinb. Eſſ. Vol. V. Art. 21. *Sharp's* Operations and critical inquiry. *Douglas* on the hydrocele. *Pott's* remarks on the hydrocele. *Le Dran* Opérations de chirurgie. *Bertrandi* in Mem. de l'Academ. de chirurgie, Vol. III.

Oſcheocele hydatidoſa, S. ſp. 3.

Oſcheocele Malabarica, S. ſp. 4. *Kempfer* Amoen. exot. faſc. III, obſ. 7.

Sect. IV. *SOLIDÆ.*

G. LXXVIII. PHYSCONIA.

Tumor quandam abdominis partem potiſſimum occupans, paulatim creſcens, nec ſonora nec fluctuans.

Phyſconia, S. G. 283. V. 325.

Hypoſarca, L. 218.

Species ſunt,

Phyſconia hepatica, S. ſp. 1. Cl. *Cuſſon Bonet.* Sepulchr. de gravi-ditate falſa, obſ. 3. n. 8. 9. 10. *Verduc* Patholog. du rachitis.

a. Scirrhodea, G. *Segeri* M. Nat. Cur. D. I. Ann. IV. obſ. 142.

b. Calculoſa *Bonet.* Sepulch. de hypochondrii tumore, obſ. 5.

c. Hydatidoſa *Winckeri* Diſp. de hydatidibus apud *Bonet.* Med. ſeptent. Tom. II. p. 313.

Phyſconia ſplenica, S. ſp. 2.

a. Emphractica *Haller.* Diſp. pathol. T. IV. diſp. 109. *Tulp.* Obſ. med. lib. II. cap. 30.

b. Scirrhodea *Bonet.* Sepulch. de ventris tumore, obſ. 34. n. 3.

Phyſconia renalis, S. ſp. 3. *Bonet.* Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3. n. 7.

a. Calculoſa *Plater.* obſ. L. II. p. 449. *River.* cent. IV. obſ. 34.

b. Sarcomatico-cyſtica *Haller.* Diſp. pathol. diſp. 114.

Phyſconia uterina, S. ſp. 4. *Bonet.* Sepulchret. de gravid. falſa, obſ. 2. n. 5. 6. 7.

Phyſconia ab ovario, S. ſp. 5. *Monro* Eſſais d'Edimburgh, tom. VI. Art. 74. obſ. 1.

Phyſconia meſenterica, S. ſp. 6.

a. Hydatidoſa *Greg. Horſtii*, Lib. V. obſ. 33. *Tulp.* obſ. Lib. II. c. 34.

b. Strumoſa *Bonet.* ex Rudnicio de ventr. tumore, obſ. X. n. 15. *Ambr. Parei*, L. VII. c. 21. *Scultet.* Armam. chirurg. obſ. 38.

c. Scirrhodea *Marc. Donat.* Hiſt. med. mir. lib. VII. c. 15. *Claudin.* conſult. Sect. II. conſult. 134. *Trincavell*, lib. III. conſ.

22. *Riolan.* Anthropogr. lib. II. c. 26. *Morgagni* de ſedib. Ep. 39. n. 2.

d. Sarcomatica, *Bonet.* Sepulchr. de falſa gravid. obſ. 3. n. 1.

e. Steatomatoſa, *Barth. Cabrol.* Obſ. 33. et 35. *Tulp.* Obſ. Lib. II. c. 32. et 33. *J. Lechelii* apud *Bonet.* Med. ſept. T. II. p. 486. idem Collect. acad. Tom. III. p. 585. *Hierne* Collect. acad. Tom. III. p. 226. obſ. 166.

f. Fungoſa, *Bonet.* Sepulch. de gravid. falſa, obſ. 3.

Phyſconia inteſtinalis, S. ſp. 7.

a. Concreto-glomerata, *Morgagn.* de ſedib. epiſt. 39. n. 21. 25.

b. Sarcomatica, *Fanton.* Obſ. med. ſelectiores, obſ. 11.

Phyſconia omentalis, S. ſp. 8. *Frid. Reebman* Diſſ. de omento.

Phyſconia polyſplachna, S. ſp. 9.

a. Scirrhodea, *Fabr. Hildani*, cent. II. obſ. 45.

b. Scirrhodea et ſarcomatica, *Huldenreich.* M. N. C. D. I. ann. VI. et VII. p. 321.

c. Scirrhodea et adipoſa, *T. Bartholin.* cent. III. obſ. 6.

d. Hydatidoſa, *Volch. Coiter.* Obſ. anat. p. 117. *Maur. Cordaei* comm. 5. ad lib. priorem, *Hippocr.* de muliebr.

e. Hydatidoſa et ſcirrhodea, *Halleri* Diſp. pathol. Tom. V. p. 256.

Phyſconia viſceralis, S. ſp. 10. *Bonet.* Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3. Megaloſplachnos *Hippocrat. Marc. Donat.* Hiſt. med. mir. lib. VI. c. 2. *Schenck.* ex Garnero de liene, Lib. III. obſ. 9. *Salmuth.* cent. I. obſ. 21. *Bonet.* Med. ſept. Lib. VII. p. 487. *Bianchi* Hiſt. hepat. T. I. p. 130.

Phyſconia externa lupialis, S. ſp. 11. *Graham* Tranſ. philoſ. compend. V. IX. cap. 4. p. 187.

Phyſconia externa ſcirrhodea, S. ſp. 12. *Ger. Blas.* Obſ. med. VI.

Phyſconia externa hydatidoſa, S. ſp. 13. *Bonet.* Sepulchr. de gravid. falſa, obſ. 3. §. 2. 3. 4. 11. &c. *Acholtzii* apud *Schenckium*, Lib. III. de hydrope, obſ. 4. et apud *Scholtzium* conſ. 339. *Solenandri* conſ. 15. ſect. V. *Riverii* Obſ. communicat. ultim.

Phyſconia ab adipe ſubcutaneo, S. ſp. 14.

a. Sim-

a. Simplex, Cl. *Lieutaud.* Comp. med. *J. Mich. Febr.* apud *Bonet.* Med. ſept. T. I. p. 636.

b. Syphilitica, obſervante Celeb. *Fizes.*

Phyſconia ab excreſcentia, S. ſp. 15.

G. LXXIX. RACHITIS.

Caput magnum anterius maxime tumens; genicula tumida; coſtae depreſſae; abdomen tumidum; caetera marceſcentia.

Rachitis, S. G. 294. L. 212. V. 312. *Boerh.* 1480. *Hoffm.* III. 487. *Zeviani* della rachitide.

Species ſunt,

Rachitis nodoſa, S. ſp. 1.
Rachitis Britannica, S. ſp. 2. *Gliſſon.* de rachitide.
Rachitis ſtrumoſa, S. ſp. 3.
Rachitis Calmucana, S. ſp. 4.
Rachitis Polonica, S. ſp. 5.
Rachitis elephantiaca, S. ſp. 6.
Rachitis a caſtratione, S. ſp. 7.

O. III. IMPETIGINES.

Cachexiae, cutem et externum corpus praecipue deformantes.

Impetigines, S. Cl. X. O. V.

G. LXXX. SCROPHULA.

Glandularum conglobatarum, praeſertim in collo, tumores; labium ſuperius et columna naſi tumida; facies florida, cutis levis; tumidum abdomen.

Scrophula, S. G. 285. V. 367.
Struma, L. 284.

Species ſunt,

Scrophula vulgaris, S. ſp. 1. *Ruſſel* de tabe glandulari, et de oeconomia naturae.

Scrophula

Scrophula fugax, S. ſp. 2.
Scrophula meſenterica, S. ſp. 4.
Scrophula Americana, S. ſp. 5.
Scrophula periodica, S. ſp. 6.
Scrophula Molucana, S. ſp. 8.

G. LXXXI. SYPHILIS.

Morbus contagioſus; poſt concubitum impurum et genitalium morbum; ulcera tonſillarum, cutis, praeſertim ad marginem capillitii; papulae corymboſae, in cruſtas et in ulcera cruſtoſa abeuntes; dolores oſtocopi; exoſtoſes.

Syphilis, S. G. 3086. L. 6. V. 319.
Lues venerea, *Boerh.* 1440. *Hoffm.* III. 413. *Junck.* 96. *Aſtruc* de lue venerea.

Species ſunt,

Syphilis venerea, S. ſp. 1.
Syphilis Polonica, S. ſp. 2.
Syphilis Indica, S. ſp. 3.

G. LXXXII. SCORBUTUS.

In regione frigida poſt victum putreſcentem, ſalitum, ex animalibus confectum, deficiente ſimul materia vegetabili recente; aſthenia; ſtomacace; in cute maculae diverſicolores, plerumque liveſcentes, praeſertim ad pilorum radices.

Scorbutus, S. G. 391. L. 223. V. 318. *Boerh.* 1148. *Hoffm.* III. 369. *Junck.* 91. *Lind* on the ſcurvy. *Hulme* de ſcorbuto. *Rouppe* de morbis navigantium.

Variat gradu.

a. Scorbutus incipiens.
b. Scorbutus creſcens.
c. Scorbutus inveteratus.

Variat etiam ſymptomatibus.

d. Scorbutus lividus, *Nitzſch* Theoret. pract. abhandl. des Scharbockes, &c.

e. Scorbutus petechialis, *Nitzſch* ibid.
f. Scorbutus pallidus, *Nitzſch* ibid.
g. Scorbutus ruber, *Nitzſch* ibid.
h. Scorbutus calidus, *Nitzſch* ibid.

G. LXXXIII. ELEPHANTIASIS.

Morbus contagioſus; cutis craſſa, rugoſa, aſpera, unctuoſa; pilis deſtituta; in extremis artubus anaeſtheſia; facies tuberibus deformis; vox rauca et naſalis.

Elephantiaſis, S. G. 302. V. 321.
Elephantia Arabum, V. 322.

Species ſunt,

Elephantiaſis orientalis, S. ſp. 1.
Elephantiaſis legitima, S. ſp. 2. Lond. Med. Obſ. Vol. I. Art. 19.
Elephantiaſis leonina, S. ſp. 3.
Elephantiaſis Tyria, S. ſp. 4.
Elephantiaſis Alopicia, S. ſp. 5.
Elephantiaſis ſyphilitica, S. ſp. 6.
Elephantiaſis Javanenſis, S. ſp. 7.
Elephantiaſis Indica, S. ſp. 9.

G. LXXXIV. LEPRA.

Cutis, eſcharis albis furfuraceis rimoſis, aſpera, aliquando ſubtus humida, pruriginoſa.

Lepra, S. G. 303. L. 262.
Lepra Graecorum, V. 320.

Species ſunt,

Lepra Graecorum, S. ſp. 1.
Lepra ichthyoſis, S. ſp. 2.
Lepra Indica, S. ſp. 3.
Lepra Aſturienſis, S. ſp. 4.
Lepra herpetica, S. ſp. 5.
Lepra malum mortuum, S. ſp. 6.

G. LXXXV.

G. LXXXV. FRAMBOESIA.

Fungi, mori vel rubi idaei fructus referentes, in variis cutis partibus enati.

Framboeſia, S. G. 299.

Species ſunt,

Framboeſia Guinienſis, S. ſp. 1. Edinb. Eſſays, Vol. VI. Art. 71.

Framboeſia Americana, S. ſp. 2.

G. LXXXVI. TRICHOMA.

Morbus contagioſus, capilli ſolito craſſiores, in cirrhos et funiculos inextricabiles implicati.

Trichoma, S. G. 311.

Plica, L. 313.

Plica ſive Rhopaloſis, V. 323.

Species ſunt,

Trichoma cirroſum, S. ſp. 1.

Trichoma villoſum, S. ſp. 2.

G. LXXXVII. ICTERUS.

Flavedo oculorum et cutis; foeces albidae; urina obſcure rubra, immiſſa colore luteo tingens.

Icterus, L. 224. V. 306. *Boerh.* 918. *Junck.* 90.

Aurigo, S. G. 306.

Cachexia icterica, *Hoffm.* III. 301.

Species ſunt,

Aurigo calculoſa, S. ſp. 9. Edinb. Eſſays, Vol. I. Art. 33.

Aurigo hyſterica, S. ſp. 13. *Sydenh.* Sect. IV. cap. 3.

Aurigo rachialgica, S. ſp. 14.

Aurigo plethorica, S. ſp. 5.

Aurigo ab obſtructione, S. ſp. 6.

Aurigo hepatitica, S. ſp. 11.

Aurigo purulenta, S. ſp. 7.

Aurigo a venenis, S. ſp. 4.

Aurigo febrilis, S. ſp. 1.

Aurigo accidentalis, S. ſp. 2.
Aurigo febricoſa, S. ſp. 8.
Aurigo typhodes, S. ſp. 10.
Aurigo neophytorum, S. ſp. 12.
Aurigo Indica, S. ſp. 3.

CL. IV. LOCALES.

Partis, non totius corporis, affectio.
Vitia, S. CL. I. L. CL. XI. V. CL. X.
Morbi organici, *Auctorum.*

O. I. DYSÆSTHESIÆ.

Senſus depravati aut deleti ex organorum externorum vitio.
Dyſaeſtheſiae, S. CL. VI. O. I.

G. LXXXVIII. CALIGO.

Viſus imminutus vel abolitus.
Caligo, S. G. 153. V. 288.
Cataracta, S. G. 152. L. 109. V. 239.
Amblyopia, L. 108. V. 236.
Amauroſis, S. G. 155. L. 110. V. 238.
Mydriaſis, V. 237.
Synizeſis, V. 240.
Glaucoma, V. 241.
Achlys, V. 242.

G. LXXXIX. AMBLYOPIA.

Viſus depravatus.
Amblyopia, S. G. 154.
Suffuſio, S. G. 217.
Phantaſma, L. 73. V. 287.
Presbytia, L. 307.
Myopia, L. 308.

Haema-

Haemalopia, V. 289.
Marmaryge, V. 290.
Diplopia, S. G. 218.
Dyſopia, V. 291.

G. XC. DYSECOEA.

Auditus imminutus vel abolitus.

Dyſecoea, S. G. 158. V. 286.
Cophoſis, S. G. 160. L. 112.
Surditas, V. 247.

G. XCI. PARACUSIS.

Auditus depravatus.

Paracuſis, S. G. 159.
Syrigmus, S. G. 219. L. 72.

G. XCII. ANOSMIA.

Odoratus imminutus vel depravatus.

Anoſmia, S. G. 156. L. 113. V. 248.

G. XCIII. AGHEUSTIA.

Guſtus imminutus vel depravatus.

Agheuſtia, S. G. 157. L. 114.
Apogeuſis, V. 249.

G. XCIV. ANÆSTHESIA.

Tactus imminutus vel depravatus.

Anaeſtheſia, S. G. 161. L. 118.
Anodynia, V. 284.

G. XCV. ANAPHRODISIA.

Libidinis defectus vel veneris impotentia.

Anaphrodiſia, S. G. 164.
Atechnia, L. 119.
Ageneſia, V. 283.

O. II. DYSCINESIÆ.

Motus impediti vel depravati ex organorum vitio.

G. XCVI. APHONIA.

Vocis plena ſuppreſſio citra coma aut ſyncopen.

Aphonia, S. G. 166. L. 115. V. 253.

G. XCVII. MUTITAS.

Verba articulandi impotentia.

Mutitas, S. 165. V. 257.

G. XCVIII. PARAPHONIA.

Vocis ſonus depravatus.

Paraphonia, S. G. 168.
Raucedo, L. 146.
Raucitas, V. 252.
Aſaphia, V. 250.
Clangor, V. 251.
Leptophonia, V. 254.
Oxyphonia, V. 255.
Rhenophonia, V. 256.

G. XCIX. PSELLISMUS.

Verba articulandi vitium.

Pſelliſmus, S. G. 167. L. 138.
Pſellotis, V. 259.
Traulotis, V. 258.
Iſchnophonia, V. 260.
Battariſmus, V. 261.

G. C. STRABISMUS.

Oculorum motus inaequalis.

Strabiſmus, S. G. 116. L. 304. V. 514.

G. CI.

G. CI. CONTRACTURA.

Geniculorum contractio rigida.

Contractura, S. G. 119. L. 299.

Obſtipitas, S. G. 118.

Caput obſtipum, V. 513.

Digitium, V. 221.

O. III. APOCENOSES.

Fluxus, ſive ſanguis aut humores alii ſolito uberius profluens, ſine pyrexia impetuve fluidorum aucto.

Apocenoſes, V. CL. II. O. II.

Fluxus, S. CL. IX.

Morbi evacuatorii, L. CL. IX.

G. CII. PROFUSIO.

Fluxus ſanguinis.

Profuſio, L. 239.

Haemorrhagia, V. 81. *Boerh.* 218.

G. CIII. EPIPHORA.

Fluxus humoris lachrymalis.

Epiphora, S. G. 259. L. 172. V. 99.

G. CIV. PTYALISMUS.

Fluxus ſalivae.

Ptyaliſmus, S. G. 261. L. 176. V. 103.

G. CV. ENURESIS.

Urinae e veſica fluxus involuntarius non dolens.

Enureſis, S. G. 264. L. 195. V. 113.

G. CVI. GONORRHOEA.

Humoris ex urethra ſine libidine ſtillicidium.

Gonorrhoea, S. G. 268. L. 200. V. 118.

O. IV. EPISCHESES.

Excernendorum ſuppreſſiones.

Epiſcheſes, V. CL. III.

Morbi conſtrictorii, L. CL. VIII. O. II.

G. CVII. OBSTIPATIO.

Dejectiones nullae vel ſolito rariores.

Obſtipatio, L. 166. V. 128.

G. CVIII. ISCHURIA.

Urinae ſuppreſſio.

Iſchuria, S. G. 293. L. 167. V. 129.

Species ſunt,

1. Iſchuriae renales.

Iſchuria (*Nephritica*) a renum inflammatione, S. ſp. 1. *Schacht.* Inſtitut. med. pract. lib. VIII. cap. I. et VIII. *Gort.* Syſt. prax. med. de iſchur. *Fabric. Hildan.* de lithot. cap. IV. *Lael. a Fonte*, Conſ. 59. *Bonet.* Sepulchr. lib. III. ſect. XXIV. obſ. IV. §. 3. *Schenck.* lib. III. de iſchur. falſ. cap. IV. et V. *Etmuller* Coll. pract. pag. 994.

Iſchuria (*nephrolithica*) a renum calculo, S. ſp. 2. *Schacht.* lib. citat. cap. II. et VIII. *Gort.* lib. citat. de morb. renum. *Car. Piſon.* de morb. a colluv. ſeroſ. *Schenck.* de iſchur. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. et Medic. ſeptentrional. de iſchur.

Iſchuria (*Nephroplethorica*) renalis a plethora, S. ſp. 3. *River.* Cent. I. obſ. 1. et 89. *Etmull. Schacht.* loco citat. *Gaub.* Pathol. de vit. mict. *Ludwig.* Inſtit. med. clin. *Seb. Naſii* Specul. method. med. pag. 167.

Iſchuria (*lunatica*) renalis lunatica, S. ſp. 4. *Tulp.* Obſ. med. lib. II. cap. 49.

Iſchuria (*Nephroſpaſtica*) renalis ſpaſmodica, S. ſp. 5. *Schacht. Gort.* lib. citat. *Sydenh.* Diſſert. epiſt. tom. 1. *Raulin* des malad. vapor. Mem. de l'Acad. R. des ſc. ann. 1715.

Iſchuria

Iſchuria (*Nephrelmintica*) renalis verminoſa, S. ſp. 6. *Gort.* lib. citat. *Gaub.* Pathol. de vit. mict.

Iſchuria (*Nephrothromboides*) renalis a ſanguine congrumato, S. ſp. 7. *Mercat.* de morb. intern. cur. cap. 12. *Etmull.* de laeſ. urin. ſecret. pag. 314. *Fernel.* Pathol. lib. VI. cap. 13. *Gort. Gaub.* loc. citat.

Iſchuria (*Nephropyica*) a renum purulentia, S. ſp. 8. *Schenck.* lib. III. de ren. tumorib. *Gort. Gaub.* loc. citat. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. *Sal. Diverſ.* de affect. particularib. cap. 14.

Iſchuria (*Nephrophlegmatica*) renalis pituitoſa ſeu mucoſa, S. ſp. 9. *Sal. Diverſ.* loc. citat. *Graſii* Ephem. natur. cur. ann. III. obſ. 212. *Schacht. Gort. Gaub. Mercat.* loc. citat. *Varand.* de ren. affect. *Bonet.* Sepulchr. de iſchur. obſ. IV. V.

Iſchuria (*Nephroplegica*) renalis paralytodea, S. ſp. 10. *Sal. Diverſ. Mercat.* loc. cit. *Horſt.* tom. II. lib. IV. obſ. 49. *Marcel. Donat.* Hiſtor. med. mirab. lib. IV. cap. 28. *Barthol.* Cent. IV. epiſt. 18. 38. 39. *Hoechſtet.* Obſ. Dec. V. caſ. 20. *Claud. Chaptal.* pract. Monſpel.

Iſchuria (*Suppleta*) renalis ab alia evacuatione ſuppleta, S. ſp. 11.

a. A diarrhoea et ſudore, *Marcell. Donat.* Hiſt. med. mirab. lib. IV. cap. 27. *Schenck.* lib. III. de diabete, obſ. 9.

b. Ab otorrhagia, *Sennert.* ex Plat. pract. lib. III. part. VIII. Sect. II. cap. 9.

c. A perſpiratione, *Vandermond.* Journ. de med. tom. IV.

d. A ſudore, *Vandermond.* Journ. de med. tom. X.

2. Iſchuriae uretericae.

Iſchuria (*Ureteritica*) ureteritica inflammatoria, S. ſp. 12. *Sal. Diverſ.* loc. citat. *Ludwig* Inſtit. clin. *Gaub.* Pathol. de vit. mict. *Schacht.* Inſtit. pract. de iſchur. ſpur.

Iſchuria (*Ureterolithica*). Iſchuria ureterica calculoſa, S. ſp. 13. *Tulp.* Obſ. med. lib. II. cap. 45. *Monro* Eſſais d'Edinb. tom. VI. art. 68. *Bonet.* Sepulchr. lib. III. de urin. ſuppreſſ. *Schenck.* lib. III. de ureterib. *Sal. Diverſ.* loc. citat.

 Iſchu-

Iſchuria (*Uretero-thromboides*) Iſchuria ureterica, a ſanguinis grumo, S. ſp. 14. *Sal. Diverſ. Schacht. Gaub.* loc. cit. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſ. obſ. I.

Iſchuria (*Uretero-phlegmatica*) ureterica a pituita, S. ſp. 15. *Gort.* Prax. med. ſyſt. *Schacht. Sal. Diverſ.* loc. citat. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. *Sebaſt. Naſ.* Spec. meth. med. loc. citat. *Epiphan. Ferdinand.* hiſt. 97.

Iſchuria (*Ureteropyica*) ureterica purulenta, S. ſp. 16. *Gort.* lib. cit. de ureter. morb. *Schacht. Sal. Diverſ.* loc. cit.

Iſchuria (*Ureteroſtomatica*) ab orificii ureterum inferioris clauſura, *Theod. Eller.* Miſcell. Berolin. Tom. IV. pag. 381. *Verdier* ex *Noel.* Mem. de l'Acad. de chirurg. tom. II. obſ. 17. *Lieutaud* Mem. de l'Acad. R. des ſc. ann. 1753. *Franc. Sylv. Deleboe* Prax. med. lib. II. *Saltzmann.* Obſ. anat. pag. 62.

3. Iſchuriae veſicales.

Iſchuria (*Cyſtitica*) a veſicae inflammatione, S. ſp. 18. *Schacht.* Inſtit. practic. Mem. de l'Acad. R. des ſc. ann. 1704. 1753. *Boneti* Sepulchr. lib. III. de urin. ſuppreſ. *Foreſt.* lib. XXV. obſerv. 27. 28. *Zacuti Luſitani* ex *Galeno*, Hiſt. med. princ. lib. II. Hiſt. 150.

Iſchuria (*Cyſtolithica*) a veſicae calculo, S. ſp. 19. *Tulpii* Obſerv. med. lib. IV. cap. 37. Eſſais d'Edinburg, tom. IV. *Foreſti* lib. XXV. obſ. 23. *Fabric. Hildani*, Cent. III. obſerv. 67. *Car. Piſonis* de morb. a colluv. ſeroſ. *Boneti* Sepulchret. de urin. ſuppreſſ. obſerv. X. &c.

Iſchuria (*Cyſtoſpaſtica*) a ſphincteris veſicae ſpaſmo, S. ſp. 20. *Mercati* de morb. intern. cur. lib. IV. cap. 22. *Sebaſ. Naſii* Specul. method. med. part. II. pag. 267. *Nenteri* de iſchur. *Schachtii*, *Gorterii*, *Gaubii*, *Varandaei*, loc. citat.

Iſchuria (*Cyſtoplegica*) a veſicae paralyſi, S. ſp. 21. *Lieutaud* Compend. medic. de iſchur. *Zacut. Luſitan.* ex *Galeno* Hiſt. princ. hiſt. 140. *Mangeti* Biblioth. medic. pract. tom. IV. *Serane* Theſ. pro Reg. Cathedr. *Hollerii* de morb. intern. cap. 47. *Amat. Luſitan.*

Luſitan. Cent. IV. cur. 10. *Pringle* Eſſais d'Edinburg, tom. 2. artic. 32.

Iſchuria (*Polyurica*) a veſica lotio diutius cohibito diſtenta, S. ſp. 22. *Halleri* Praelect. in *Boerhaave*, tom. II. §. 384. pag. 336. *Foreſt.* lib. XXV. obſerv. 14. *Nenter.* de iſchuria. *Paraei* lib. XVI. cap. 48. *Sennert.* Pract. lib. III. part. VIII. ſect. 1. cap. 4. *Etmulleri*, *Riverii*, *Varandaei* de iſchur. &c.

Iſchuria (*Cyſtopyica*) veſicalis purulenta, S. ſp. 23. *Felic. Plateri Mantiſ.* Obſ. 29. *Camerar.* Ephem. natur. curioſ. tom. II. *Zacuti Luſitani* ex *Galeno*, Hiſt. medic. princip. hiſt. 148. *Hollerii* de morb. intern. cap. 47. *Sebaſt. Naſii* Specul. method. med. part. 11. pag. 167. *André* des maladies de l'urethre, obſerv. 16. *Vandermonde* Journ. de med. tom. IX.

Iſchuria (*Cyſtothromboides*) veſicalis a ſanguinis grumo, S. ſp. 24. *Claudini* conſult. 141. *Fabric. Hildani* Cent. III. obſerv. 66. *Foreſti* lib. XXV. obſ. 20. *Zacuti Luſitani* ex *Galeno* Hiſt. med. princip. hiſt. 145. et ejuſdem Prax. med. admirab. lib. II. cap. 65. *Mercati* de morb. intern. cur. cap. 12.

Iſchuria (*Cyſtophlegmatica*) veſicalis a muco, S. ſp. 25. *Mercati* loc. citat. *Schacht.* Inſtit. medic. pract. lib. VIII. cap. 9. *Etmulleri* de iſchur. veſical. *Amati Luſitani*, Cent. VI. cur. 12. *Zacuti Luſitani*, Prax. medic. admirab. lib. II. obſerv. 64. *Boneti* ex *Thom. Bartholini* de urin. ſuppreſ. obſerv. 17.

Iſchuria (*Ectopocyſtica*) a veſicae ectopia, S. ſp. 26.

a. Hernioſa, ſeu a cyſtocele, *Verdier* Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. II. obſerv. 4. 6. 9. 10. 14. *Felic. Plater.* obſerv. pag. 830.

b. Proptoica, ſeu ab exocyſte, *Verdier* ex *Noel.* lib. citat. obſ. 17.

Iſchuria (*Cyſtoproctica*) veſicalis ab inteſtino recto, ſcybalis, calculo, flatibus, inflammatione, abſceſſu, haemorrhoidibus turgente. S. ſp. 27. *Dodonaei* Obſerv. medic. cap. 47. *Schenck.* lib. III. de iſchur. obſerv. 6. *Wepferi* Diſſert. de apopl. pag. 391. *Vandermonde* Journ. de med. tom. IX. pag. 261. *Boneti* Sepulchret. de urin. ſuppreſ. obſerv. 18. §. 4. *Schacht.* *Gaubii*, loc. citat.

Iſchuria (*Hyſterocyſtica*) veſicalis ab utero, S. ſp. 28.

a. Gravido, *Nordman.* Diſſert. de iſchur. gravidar. *Mauriceau*, lib. I. cap. XV. *Roderici a Caſtro*, lib. II. cap. XV.

b. Parturiente, *Boneti* ex *Riolano* de urin. ſuppreſ. *Vandermonde* ex *Daran.* Journ. de med. tom. V.

c. Hydropico, *Hippocrat.* de morb. mulier. lib. 12. *Sennerti* pract. lib. IV. part. I. ſect. II. cap. X. XI. *Schenck.* lib. IV. de mol. falſ. *Schachtii*, *Gaubii*, loc. citat.

d. Tumoribus diſtento, *Gaubii*, *Schachtii*, loc. citat. *Sennerti* ibidem, ac ſupra, cap. XIII. *Knoeffelii*, E. N. C. ann. IV.

e. Prociduo, *Nordmann.* Diſſert. citata. *Sabatier* Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. III. *Sennerti* ibid. ac ſupra cap. XVI.

Iſchuria (*Atretarum*) urethrocyſtica a menſtruis in vagina retentis, S. ſp. 29. *Amyand* Tranſact. philoſ. ann. 1732. No. 442. art. 8. pag. 45. *Schenck.* lib. IV. de part. genit. mulier. obſerv. 9. *Heiſter.* Chirurg. tom. II. pag. 951. *Aſtruc* de morb. mulier. tom. I. lib. 1. cap. 5.

Iſchuria paradoxa, S. ſp. 30. *Morgagni* Epiſtol. *Le Clerc* Journ. de med. Juill. 1755, p. 11.

4. Iſchuriae urethrales.

Iſchuria (*Perinaealis*) urethralis a perinaei tumore, S. ſp. 31. *Galen.* lib. de affect. loc. et ex eo *Zacut. Luſitan.* Hiſt. 149. *Vandermond* ex *Daran.* Journ. de med. tom. V. pag. 291. *Tulp.* Obſerv. med. lib. III. cap. X. *Foreſt.* lib. XXVI. obſ. 2.

Iſchuria (*Urethrolithica*) a calculo urethrae impacto, S. ſp. 32. *Schmid.* Eph. nat. cur. decad. I. ann. VIII. obſ. 89. *Winckler.* ibid. tom. VI. obſ. 34. *Zacut. Luſitan.* Prax. med. admirab. lib. II. obſ. 66. 67. 68. *Tulp.* Obſer. med. lib. III. cap. VIII. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſſ. obſ. 14. *Barthol.* cent. IV. epiſt. 5. *Heiſter.* Chirurg. tom. II. pag. 839.

Iſchuria (*Urethrophlegmatica*) a muco urethram infarciente, S. ſp. 33. *Bonet.* Sepulchr. et medic. ſeptent. *Manget.* Biblioth. med. pract. *Amat. Luſitan.* cent. V. obſ. 71. *Foreſt.* libr. XXV. obſ. 25. *Varand.* de iſchur. *Lud. Apin.* Eph. nat. cur. decad. III. ann. III. obſ. 69.

Iſchuria

Iſchuria (*Urethrothromboides*) a ſanguinis grumo urethram opplente, S. ſp. 34. *Bonet.* Med. ſeptentrion. de iſchur. et ſepulchr. de urin. ſuppreſ. obſ. XI. *Foreſt.* lib. 25. obſ. 25.

Iſchuria (*Urethropyica*) a pure urethram obſtruente, S. ſp. 35. *Bonet.* Med. ſeptentr. de iſchur. *Foreſt.* Scholio modo citat. *Boerhaave* Praefat.

Iſchuria (*Urethrohymenodes*) a membrana in urethram impacta, S. ſp. 36. Hiſt. de l'Acad. R. des ſc. ann. 1714, hiſt. pag. 22.

Iſchuria (*Urethrelmintica*) urethralis verminoſa, S. ſp. 37. *Joan. Petr. Albrecht.* Vid. *Bonet.* Medicinam ſeptentrionalem de urin. cap. 31. et *Manget.* Biblioth. med. pract. tom. IV. de morb. urin. ſpectant. *Vandermonde* Journ. de med. Septembre 1758, pag. 245. *Joan. Rhodii* Centur. 3. obſ. 36. Collect. Acad. tom. 3. pag. 497. obſ. 77.

Iſchuria (*Urethritica*) ab urethrae inflammatione, S. ſp. 38. *Hildan.* Cent. IV. obſ. 54. *Foreſt.* de incert. urin. judiciis, lib. III. cap. 3. verſus finem. *Varand.* de affectib. ren. et veſic. cap. VII. *Bonet.* Medic. ſeptentr. de iſchuria, cap. 1. N°. V. *Goulard.* des malad. de l'urethre. *Heiſter.* Chirurg. tom. 2. pag. 838.

Iſchuria (*Carunculoſa*) a morbis, ut vocant, urethrae, S. ſp. 39. *Amat. Luſitan.* cent. IV. cur. 19. Cent. V. cur. 48. *Sharp* Recherches critiq. cap. IV. *Goulard.* des malad. de l'urethre. *Heiſter.* Chirurg. tom. II. pag. 834. *André* des maladies de l'urethre, paſſim.

Iſchuria (*Hydrocelodes*) ab urethrae ruptura in ſcrotum hiante, S. ſp. 40. *Joan. Lud. Apin.* Miſcell. nat. cur. decad. III. ann. III. obſ. 68.

Iſchuria (*Cryptopyica*) a penis intra corpus retractione, S. ſp. 41. *Fred. Hoffm.* Conſult. de morb. abdom. caſ. 105.

Iſchuria (*Perideſmica*) a vinculo ſtrictiori peni injecto, S. ſp. 42. *Bonet.* med. ſeptentr. de Iſchuria, cap. 1. N°. VIII.

Iſchuria (*phimoſica*) urethralis a phimoſi, S. ſp. 43. *Horſt.* tom. II. lib. IV. pag. 274.; *Goulard.* des malad. de l'urethre. *Heiſt.* Chirurg. tom. II. pag. 818. *Bonet.* Sepulchr. de iſchur. obſ. XV.

Iſchuria (*aſpadiális*) ab urethrae clauſura, S. ſp. 44. *Heiſter.* Chirurg. tom. II. pag. 818. et 951. *Horſt.* tom. II. obſ. 55. *Joan. Wieri* obſ. pag. 221. *Bonet.* Sepulchr. de urin. ſuppreſ. obſerv. XV. ſchol. et med. ſeptentr. de iſchur. cap. 2. §. VI.

G. CIX. AMENORRHOEA.

Menſium ſuppreſſio.

Amenorrhoea, V. 130.
Dyſmenorrhoea, L. 168.

O. V. TUMORES.

Partis magnitudo aucta non phlegmonodea.

Tumores protuberantes. L.

G. CX. ANEURYSMA.

Tumor mollis, pulſans, ſupra arteriam.

Aneuryſma, S. G. 32. L. 282. V. 408.

G. CXI. VARIX.

Tumor mollis, non pulſans, ſupra venam.

Varix, S. G. 33. L. 282. V. 407.

G. CXII. ECCHYMOMA.

Tumor diffuſus, parum eminens, liveſcens.

Ecchymoma, S. G. 6. V. 451.
Sugillatio, L. 230.

C. CXIII. SCIRRHUS.

Partis, plerumque glandulae, tumor durus, non dolens, aegre ſuppurans.

Scirrhus, S. G. 14. L. 283. V. 374. B. 392.

G. CXIV. CANCER.

Tumor ſcirrhodeus dolens, in ulcus mali moris abiens.

Cancer, S. G. 20. V. 375. *Boerh.* 492.

G. CXV.

G. CXV. BUBO.

Glandulae conglobatae tumor ſuppurans.

Bubo, L 271.
Bubo, S. G. 16. V. 368.
Parotis, S. G. 17. V. 370.

G. CXVI. SARCOMA.

Extuberatio mollis, non dolens.

Sarcoma, S. G. 23. L. 294. V. 376.
Polypus, V. 377.
Porrus, V. 427.

G. CXVII. VERRUCA.

Extuberatio durior, ſcabra.

Verruca, S. G. 25. L. 277. V. 426.

G. CXVIII. CLAVUS.

Cuticulae craſſities dura, lamellata.

Clavus, L. 278. V. 428.
Callus ſive Tylloma, V. 429.

G. CXIX. LUPIA.

Extuberatio ſubter cutem mobilis, mollis, non dolens.

Lupia, S. G. 37.
Atheroma, L. 285.
Encyſtis, V. 420.

G. CXX. GANGLION.

Extuberatio durior, mobilis, tendini inſidens.

Ganglion, L. 287. V. 379.

G. CXXI. HYDATIS.

Veſicula cuticularis humore aqueo plena.

Hydatis, S. G. 34.
Phlyctaena, L. 273. V. 442.

G. CXXII. HYDARTHRUS.

Articulorum, genu potiſſimum, tumor, parum primo eminens, cuti concolor, dolentiſſimus, et mobilitatem imminuens.

Hydarthrus, S. G. 38.

G. CXXIII. EXOSTOSIS.

Tumor durus oſſi inſidens.

Exoſtoſis, S. G. 29. L. 290. V. 417.
Hyperoſtoſis, V. 418.

O. VI. ECTOPIÆ.

Pars ex ſua ſede dimota tumorem faciens.

Ectopiae, S. Cl. I. O. VI.

G. CXXIV. HERNIA.

Partis mollis ectopia, cute et aliis integumentis adhuc tecta.

Hernia, L. 291. *Gaub.* Pathol.

G. CXXV. PROLAPSUS.

Partis cujuſdam ectopia nuda.

Prolapſus, L. 292.
Prolapſus et procidentia, *Gaub.* Pathol.

G. CXXVI. LUXATIO.

Os ex ſua in juncturis ſede dimotum.

Luxatio, *Gaub.* 226. V. 472.
Exarthrema, S. 60.
Diaſtaſis, S. 61.
Luxatura, L. 236.

O. VII. DIALYSES.

Solutio continui viſu tactuve manifeſta.

Plagae, S. Cl. I. O. VII.
Vitia dialytica et ſolutiones continui, L. Cl. XI. O. II.
Exulcerationes, L. Cl. XI. O. III.
Diſſolutiones, V. Cl. X. O. VI.

G. CXXVII. VULNUS.

Soluta unio recens, cruenta, partis mollis, a corpore duro, moto.

Vulnus, S. G. 63. L. 240. V. 465. *Boerh.* 145.
Punctura, S. G. 64. L. 243.
Laceratura, L. 242.
Amputatura, S. G. 70. L. 243.

G. CXXVIII. ULCUS.

Partis mollis ſolutio purulenta vel ichoroſa.

Ulcus, S. G. 71. L. 249.
Exulceratio, S. G. 72.
Sinus, S. G. 73. V. 492.
Fiſtula, S. G. 74. L. 254. V. 491. *Boerh.* 413.
Cacoethes, L. 250. V. 485.
Phagedaena, V. 488.
Noma, L. 251. V. 489.
Carcinoma, L. 252. V. 487.
Ozaena, L. 253. V. 500.
Therioma, V. 486.
Sycoſis, V. 490.

G. CXXIX. HERPES.

Phlyctaenae vel ulcuſcula plurima, gregalia, ſerpentia, dyſepuleta.

Herpes, S. G. 7. L. 268. V. 443.

G. CXXX. TINEA.

In cute capillata ad radices capillorum, ulcuſcula humorem in cruſtam albam friabilem abeuntem fundentia.

Tinea, L. 263. V. 497.

G. CXXXI. PSORA.

Puſtulae et ulcuſcula pruriginoſa, contagioſa, manus male habens.

Pſora, L. 265.

Scabies, S. G. 304. V. 444.

G. CXXXII. FRACTURA.

Oſſis partes a cohaeſione in magna fragmenta vi ſolutae.

Fractura, S. G. 67. L. 235. V. 468. *Boerh.* 339.

G. CXXXIII. CARIES.

Ulcus oſſis.

Caries, S. G. 77. L. 255. V. 493.

PARS

PARS QUINTA.

SYSTEMA MORBORUM SYMPTOMATICUM,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES, ET GENERA,

CUM CHARACTERIBUS PROPOSITUM

A

JOANNE BAPTISTA MICHAELE SAGAR,

CIRCULI IGLAVIENSIS IN MORAVIA, PHYSICO REGIO.

Viennae 1771.

SYSTEMA MORBORUM SYMPTOMATICUM.

CLAVIS CLASSIUM.

I. VITIA, Symptomata ſolidorum externa, palpabilia, chirurgiæ auxiliis curanda ſine notabili cachexia.

II. EXANTHEMATA, febris cum efflorefcentia cutis varia.

III. CACHEXIÆ, coloris, figuræ, molis in corporis habitu mutatio abſque febre vehementi.

IV. DOLORES, ſenſationes moleſtæ ad febres, aut phlegmaſias non referendæ.

V. FLUXUS, exitus inſoliti cujuſvis ſolidi, vel fluidi è corpore eſt character hujus claſſis.

VI. SUPPRESSIONES, meatuum impeditio; hinc excretionum conſuetarum in ſanitate impedimentum manu chirurgica non curandum.

VII. ANHELATIONES, motus ſpaſmodici iterati, defatigantes pectoris, cum reſpiratione ſonora, moleſta, ſine febre notabili.

VIII. SPASMI, contractio vel conſtans, vel interpolata, invita, muſculorum motum localem efficientium.

IX. DEBILITATES, impotentia ſentiendi, adpetendi, imaginandi, organa, artuſque movendi more ad ſanitatem neceſſario.

X. PHLEGMASIÆ, febris cum pulſu duro, dolore topico; inflammatione partis.

XI. FEBRES, frigus, calor, pulſus frequens, reſpiratio aucta viribus artuum imminutis, depravatis; vel ſola virium

artuum notabilis imminutio ſine mutatione pulſus; ſine evacuatione notabili &c.

XII. Vesaniæ, error mentis in imaginatione, adpetitu, judicio.

CLASSIS I.

GENERUM CHARACTERES.

VITIA.

Character Claſſis: Syndrome ſymptomatum cutaneorum in ſolidis palpabilium, morbi Chirurgici vulgo dicti.

ORDO I. Maculæ, *mutationes coloris nativi.*

I. Leucoma, macula opacans corneam.

II. Vitiligo, macula cutem deprimens corymboſa.

III. Ephelis, macula cutis corymboſa, fuſca.

IV. Gutta Rosea, macula faciei corymboſa, rubra.

V. Nævus, macula congenita protuberans, vel non.

VI. Ecchymoma, macula a ſanguine ſub cute effuſo.

ORDO II. Efflorescentiæ, *tumores humorales exigui, gregales abſque pyrexia.*

VII. Pustula, phyma parvulum apice ſuppurans, rumpendum, ſubin in cruſtam abiens.

VIII. Papula, phyma parvulum deſquamandum, nec ſuppurans.

IX. Phlyctæna, veſicula fluido ſeroſo plena.

X. Varus, tuberculum durum, conſtans.

XI. Herpes, papularum prurientium corymbus.

XII. Epinyctis, phlyctænarum atrarum dolens congeries.

XIII. Psydracia, phymata eryſipelatoſa.

XIV.

XIV. Hidroa, exanthemata miliaria phlyctænoidea ſine febre ac aſthenia.

ORDO III. Phymata, *tumores humorales ſolitarii.*

XV. Erythema, phyma rubrum calens, diffuſum.

XVI. Oedema, phyma album, indolens, molle, impreſſionem digiti ſervans.

XVII. Emphysema, phyma pallidum, elaſticum.

XVIII. Scirrhus, phyma durum, indolens, cuti concolor.

XIX. Bubo, phyma ſcirrhoſo-phlegmonoideum in glandulis plerumque inguinalibus.

XX. Parotis, bubo juxta aurem.

XXI. Furunculus, phyma ſubdurum, inflammatum, prominens, verticem habens incongerendum.

XXII. Anthrax, phyma apice gangrænoſum, in ambitu inflammatum.

XXIII. Cancer, phyma ſcirrhoſum, lancinans.

XXIV. Paronychia, phlegmone extremi digiti.

XXV. Phimosis, phlegmone præputii.

ORDO IV. Excrescentiæ, *tumores à ſolidis morboſe adauctis.*

XXVI. Sarcoma, excreſcentia carnoſa.

XXVII. Condyloma, excreſcentia cutanea tendineave.

XXVIII. Verruca, excreſcentia cutanea globoſa.

XXIX. Pterygium, excreſcentia plana in oculi cantho.

XXX. Hordeolum, excreſcentia varo ſimilis ad tarſos palpebræ.

XXXI. Bronchocele, excreſcentia gutturis.

XXXII. Exostosis, excreſcentia oſſis inſtar dura.

ORDO

ORDO V. Cystides, *tumores capſulati fluido referti.*

XXXIII. Aneurysma, cyſtis arterioſa, pulſu noſcenda.

XXXIV. Varix, cyſtis venoſa.

XXXV. Hydatis, cyſtis lymphæ ductuum.

XXXVI. Marisca, tumor ſanguine turgens in margine podicis, isque pertinax.

XXXVII. Staphyloma, cyſtis corneæ, vel corneam perforans.

XXXVIII. Lupia, cyſtis in articulis ſpiſſo fluido plena.

XXXIX. Hydarthrus, cyſtis articuli aquoſa.

XL. Apostema, cyſtis purulenta.

XLI. Exomphalos, cyſtis umbilicalis ſæpius aquoſa.

XLII. Oscheophyma, cyſtis in ſcroto variis repleta.

ORDO VI. Ectopiæ, *partium ſolidarum è ſua ſede dimotio ſenſibus obvia, continentibus relaxatis.*

XLIII. Exophthalmia, ectopia oculi.

XLIV. Blepharoptosis, ectopia palpebræ.

XLV. Hypostaphile, ectopia uvulæ.

XLVI. Paraglosse, ectopia linguæ.

XLVII. Proptoma, ectopia appendicis alicujus corporis externæ morboſa.

XLVIII. Exania, prolapſus ani.

XLIX. Exocystes, prolapſus veſicæ urinariæ.

L. Hysteroptosis, prolapſus uteri.

LI. Gastrocele, hernia ſtomachi.

LII. Omphalocele, hernia umbilici.

LIII. Laparocele, hernia ventralis ſeu abdominalis.

LIV. Merocele, hernia cruralis.

LV. Bubonocele, hernia inguinalis.

LVI.

LVI. Opoodeocele, hernia foraminis ovalis.

LVII. Ischiocele, hernia intra tuber ischii & os ſacrum.

LVIII. Colpocele, hernia vaginalis.

LIX. Perinæocele, hernia perinæi.

LX. Encephalocele, hernia cerebri.

LXI. Hysteroloxia, uteri obliquitas.

LXII. Parorchidium, ectopia teſticuli.

LXIII. Exarthrema, oſſium mobilium luxatio.

LXIV. Diastasis, oſſium immobilium receſſus.

LXV. Loxarthrus, oſſium immobilium obliquitas reſpectiva citra ſpaſmum & exarthrema.

ORDO VII. Plagæ, *continui ſolutiones.*

LXVI. Vulnus, continui ſolutio molli in parte hians, cruenta.

LXVII. Operatio, ſtudioſa ſolutio continui ad aliquid eximendum: ut lithotomia.

LXVIII. Punctura, continui ſolutio intus extenſa tantum, eaque inſtrumento pungente.

LXIX. Sutura, ſtudioſis puncturis mediante acu factis, filisque trajectis ſolutorum contractio.

LXX. Morsus, vulnus armis animalium factum.

LXXI. Contusio, partis cujuſcunque in minimis vaſculis, particulis adtritio, fractio.

LXXII. Ambustio, plaga igne facta, ſuccedentibus inflammatione, phlyctænis, vel eſchara.

LXXIII. Fractura, diviſio oſſium in fragmenta ſeparabilia.

LXXIV. Fissura, oſſium diviſio rimam referens.

LXXV. Ruptura, ligamentorum, tendinumve ab oſſibus divulſio, ruptio, excoriatio.

LXXVI. Amputatio, vulnus detruncatione partis totalis factum.

LXXVII. Ulcus, vulnus ſuppuratum partis carnoſæ. Fistula, ulcus cortice calloſo vaginatum, ore anguſtatum.

LXXVIII. Rhagas, fiſſura cutis arida.

LXXIX. Eschara, cruſta mortua partis ſæpius cauſticis facta.

LXXX. Caries, oſſis eroſio cava, vel aſpera perioſtio exfoliato denudata plerumque nigra.

LXXXI. Arthrocace, ulcus medullæ cum oſſis carie; exoſtoſi.

ORDO VIII. Deformitates, *vitia vix ſanitatem lædentia.*

LXXXII. Gibbositas, thoracis dilatatio prominens.

LXXXIII. Lordosis, oſſium incurvatio abſque moleſtia.

LXXXIV. Lagostoma, labium oris fiſſum.

LXXXV. Apella, præputii, vel alterius partis liberæ abbreviatio.

LXXXVI. Imperforatio, præcluſio meatus naturalis; ut ani, vaginæ &c.

LXXXVII. Polymerisma, partium integrantium numerum ordinarium exceſſus.

LXXXVIII. Epidosis, appendicum incrementum inconſuetum, ſanum, ut labii &c.

LXXXIX. Anchylomerisma, partium concretio.

XC. Hirsuties, pili copioſiores, longioreſque.

XCI. Cicatrix, callus replens ulcerationes conſolidatas.

CLAS-

CLASSIS II.

GENERUM CHARACTERES.

EXANTHEMATA.

Character Claſſis: Febris cum efflorescentia cutis maculata, varia, puſtuloſa, papuloſa, phlyctænoidea &c. ſæpius maligna.

ORDO I. Exanthemata, *contagioſa.*

XCII. Pestis, eruptio bubonum, anthracum, purpuræ, pemphigi, pyrexia typhodes.

XCIII. Variola, eruptio puſtularum phlegmonoidearum; hæ ſuppurantes, eſcharoticæ, deciduæ, cicatriſantes; febris decateſſara; præludit cephalalgia, lumbago, & ſubin vomitus, nauſea.

XCIV. Pemphigus, eruptio phlyctænarum avellanis ſimilium in artubus, pyrexia.

XCV. Purpura, eruptio maculoſa, indolens, ſimilis pulicum morſui, ſine tamen puncto infixionis aculei, cum febre typho, vel remittente, lingua plerumque profunde rubra.

XCVI. Rubeola, papulæ rubræ, uniformes, evaneſcenti-furfuraceæ, febris hebdomadaria, præludium catarrhoſum.

XCVII. Miliaris, eruptio phlyctænarum milii ſemine non majorum cum ſudore vappido, febris continua vel remittens; præludit oppreſſio præcordiorum, pulſus contractus, urina minus tincta, ſemipellucida, aſthenia, lingua plerumque alba.

XCVIII. Eryſipelas, eruptio erythematis cum febre decateſſara; tumidula ſuperficialis, dilatabilis, deſquamabilis.

XCIX. *S*carlatina, eruptio maculoſa ruberrima, pruriens, papuloſa, irregularis, deſquamabilis, ſine præludio catarrhali, cum febre plerumque ephemera.

C. Eſſera, eruptio plerumque apyreta, ſuberyſipelatoſa ſubito accedens per vices & recedens; *vidi hanc in puero ſemel cum febre ephemera gravi, & ſub receſſione eſſeræ qualibet alvus fluebat cruenta.*

CI. Aphtha, eruptio puſtuloſa, phlyctænoidea, & ulceroſa dolens & urens in ore, vel pudendis, febris hectica obſcura, ſomnolentia. *An in pudendis obſervatæ dum in ore exſtant? Saltem id vidi in meis infantibus.*

CLASSIS III.

GENERUM CHARACTERES.

CACHEXIÆ.

Character Claſſis: Vitioſus corporis habitus quoad volumen, æqualitatem, & colorem.

ORDO I. Macies, *diminutio voluminis corporis ex conſumptione pinguedinis, vel ſanguinis defectu.*

CII. Tabes, macies cum amphimerina lenta ſine tuſſi.

CIII. Phthiſis, macies cum amphimerina lenta, tuſſi & anacatharſi purulenta: *Dulcamara una fors medicina?*

CIV. Atrophia, macies ſine febre & tuſſi.

CV. Haemataporia, macies ex inopia ſanguinis. Deſcriptio: *ſucceſſu accedens virium debilitas, pertinacior aurium*

ſibilus,

ſibilus; appetitus languens, facies lurida; epidelio tecta, pallidiſſima, alvi fluxus, diabetes, ſudores ſubin profuſi, lipothymiæ, tibiæ tumidæ, quandoque hydrothorax his ſuccedens; vigiliæ, ſuſpiria, animi abjectio, mœror, mortis timor, pulſus vacuus. Lieutaud pag. 52. Ant. de Haen Tom. VI. pag. 114.

CVI. ARIDURA, macies, exſiccatio, unius tantum partis.

ORDO II. INTUMESCENTIÆ, *deformitas ex volumine, mole, auctis.*

CVII. PLETHORA, intumeſcentia univerſalis ex abundantia boni ſanguinis: Diagnoſis; *amyſtidis & ventris cultus, pulſus plenus, venarum amplitudo conſpicua, æſtus & gravitas totius corporis, reſpirandi difficultas, laſſitudo ſpontanea, ſtupor artuum, partes epidelio tectæ ruberrimæ, temperamentum ſublaxum.*

CVIII. POLYSARCIA, intumeſcentia univerſalis ab adipe.

CIX. PNEUMATOSIS, intumeſcentia univerſalis ab aëre.

CX. ANASARCA, intumeſcentia univerſalis œdematoſa.

CXI. PHLEGMATIA, intumeſcentia partium inferiorum œdematoſa.

CXII. PHYSCONIA, intumeſcentia abdominis à partibus ſolidis ſine graviditate & fluctuatione.

CXIII. GRAVIDITAS, intumeſcentia abdominis ab hypogaſtrio incipiens, opus generationis ſubſequens & partu terminanda; pathemata gravidarum, menoſtaſia, mutationes oris tineæ, motus infantis.

ORDO III. HYDROPES PARTIALES, *tumores à fluidis in cavitatibus congeſtis, abdomine, &c.*

CXIV. HYDROCEPHALUS, hydrops capitis à ſero.

CXV. Physocephalus, hydrops capitis à flatu.

CXVI. Hydrorachitis, tumor cyſticus ex hiatu vertebrarum lumbarium in recens natis protuberans.

CXVII. Ascites, hydrops totius abdominis à fluido non elaſtico, gravis & fluctuoſus.

CXVIII. Hydrometra, tumor hypogaſtrii ſine graviditate ab utero fluidis diſtento, rotundus, gravis, fluctuans.

CXIX. Physometra, tumor hypogaſtrii à flatu uterum diſtendente; rotundus, elaſticus, levis, bombos ad preſſionem emittens.

CXX. Tympanites, hydrops totius abdominis à flatu, elaſticus & levis.

ORDO IV. Tubera, *tumores partium ſolidarum non hydropici, externi, cachexia.*

CXXI. Rachitis, deformitas ex articulorum tumore duro, carnium marcore, capitis mole; ingenium præcox in infantibus, oſſiumque flexilitas.

CXXII. Scrophula, tumor ſcirrhoſus glandularum colli, meſenteriique cum labiis naſoque craſſioribus.

CXXIII. Carcinoma, ulcera cancroſa cum doloribus lancinantibus, ſerpentia, vaſa tumida atrorubra.

CXXIV. Leontiasis, cognoſcitur ex papillis ſetaceis, vel corniculatis cutim exaſperantibus: *aſpectus hominis ferinus.*

CXXV. Malis, tumores ſæpius purulenti, vel ulcera cum inſectis vermiformibus paſſim enata.

CXXVI. Frambæsia, excreſcentiæ fungoſæ mori inſtar granuloſæ ſæpius cum ulceribus.

ORDO

ORDO V. Impetigines, *morbi contagioſi chronici, qui cutis excreſcentias, tumores gregales, exulcerationes, cruſtas, inducunt.*

CXXVII. Syphilis, ulcuſcula, porri, bubones, ficus, nodi, tophi poſt gonorrhæam plerumque; dein puſtulæ cruſtoſæ, dolores nocturni, oſteocopi, exoſtoſes, caries, macies, & color luridus, morbum adeſſe loquuntur palam.

CXXVIII. Scorbutus, ſtomacace, maculæ lividæ, violaceæ, laſſitudo matutina, lurida facies, urina pellicula tecta: *ſcorbutus acidus probabiliter eſt chimæra.*

CXXIX. Elephantiasis, facies deformis, tubera calloſa, ozæna, raucedo, cutis elephantina, craſſa, unctuoſa, in extremis artubus anæſthefia.

CXXX. Lepra, cognoſcitur ex tuberculis, ſcabie majoribus, vel cruſtis & ſquamis diffuſis, herpeticis, pruriginoſis, eſcharoticis.

CXXXI. Scabies, puſtulæ pruriginoſæ lentis magnitudine inter digitos, poplitem, &c. primum phlyctænoideæ, dein cruſta albicante tectæ.

CXXXII. Tinea, cognoſcitur ex cruſtis flavis, vel griſeis, ulceroſis, per caput diſperſis.

ORDO VI. Icteritiæ, *cognoſcuntur ex totius cutis colore inaſſueto, pallido, flavo, nigro, rubro, lurido, ſine pyrexia notabili.*

CXXXIII. Aurigo, flavedo ad aureum vel aurantium tendens colorem, præcipue ſcleroticæ.

CXXXIV. Melasicterus, color cutis, vel & ſcleroticæ niger, atrolividus, fuliginoſus.

CXXXV.

CXXXV. Phoenigmus, color ruber cutis, maculoſus, diffuſus ſine pyrexia.

CXXXVI. Chlorosis, eſt pallor, vel fuſcus color cutis, oculis minime flavis, ſæpius cum pica.

ORDO VII. Cachexiæ Anomalæ, *noſcuntur ex ſignis claſſeos, & adfinitate cum prioribus ordinibus.*

CXXXVII. Phthiriasis, exortus pediculorum cum exulceratione & alopecia.

CXXXVIII. Trichoma, cognoſcitur ex capillis invicem complicatis, adglutinatis inextricabiliter ſæpius cum phthiriaſi.

CXXXIX. Alopecia, capillorum lapſus, cuticulæ deſquamatio.

CXL. Elcosis, copioſa, ampla, ulcera, chronica, fœtida, carioſa cum pyrexia lenta.

CXLI. Gangræna, mors partis, laxa dein reſolutio, foetor.

CXLII. Necrosis, partis mors ſine prævio tumore, lenta, ordinario cum dolore rodente, dein exſiccatio, induratio, nigredo.

CLASSIS IV.

GENERUM CHARACTERES.

DOLORES.

Character claſſis: ingrata & moleſta ſenſatio, aut imaginatio, qualis ex nervearum partium laceratione, roſione, uſtione, preſſione, diſtractione, oritur, reliqua ſymptomata ſuperans hanc definit claſſem.

ORDO

ORDO I. Dolores Vagi, *ſæpius univerſales; aut cutanei, ad phlegmaſias non referendi.*

CXLIII. Arthritis, articulorum dolor ſpontaneus, periodicus a ſynovia corrupta.

CXLIV. Osteocopus, oſſium dolor non erraticus & internus in artubus a perioſtio infecto.

CXLV. Rheumatismus, dolor diuturnus in parte carnoſa artuum ſine rheumate.

CXLVI. Catarrhus, collo vicinarum partium dolor à frigore ſuſcepto, cum tuſſi, coryza, &c.

CXLVII. Anxietas, moleſtia, ad loci mutationem continuam cogens.

CXLVIII. Lassitudo, moleſtia cum debilitate, quæ ad quietem invitat.

CXLIX. Stupor, moleſtia, quæ ſenſum tactus obſcurat.

CL. Pruritus, moleſtia, ad ſcalpendum cogens.

CLI. Algor, moleſtia, qualis à ſummo aëris frigore excitatur.

CLII. Ardor, moleſtia qualis a ſummo aëris calore producitur.

ORDO II. Dolores Capitis, *faciei vel capillitii.*

CLIII. Cephalalgia, gravativus capitis dolor.

CLIV. Cephalæa, periodicus, diuturnus, tenſivus capitis dolor.

CLV. Hemicrania, dolor alterutrius lateris frontis.

CLVI. Ophthalmia, dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia.

CLVII. Otalgia, dolor aurium.

CLVIII. Odontalgia, dolor maxillarum, dentiumque.

ORDO III. Dolores Pectoris, *anhelationis expertes.*

CLIX. Pyrosis, ardor œſophagi ad ſtomachum extenſus.

CLX. Cardiogmus, dolor cordis cum ejus pulſatione.

ORDO IV. Dolores Abdominis *interni.*

CLXI. Cardialgia, moleſtia in ſtomacho ſyncopen minitans.

CLXII. Gastrodynia, dolor vehemens epigaſtrii, ſtomachive.

CLXIII. Colica, dolor inteſtinorum.

CLXIV. Hepatalgia, dolor hypochondrii dextri, hepatiſve.

CLXV. Splenalgia, dolor vel moleſtia in regione lienis.

CLXVI. Nephralgia, dolor lumbi alterutrius ureteris ductum ſequens, cum nauſea, teſtis retractione in viris, cruris ſtupore in fœminis, ſine febre acuta.

CLXVII. Hysteralgia, dolor uteri ſine niſu parturitionis, & phlegmaſia magna.

ORDO V. Dolores Externarum *partium locales.*

CLXVIII. Mastodynia, dolor mammarum.

CLXIX. Rachialgia, dolor abdominis & ſpinæ dorſi in brachiorum paralyſin, aut convulſiones deſinens.

CLXX. Lumbago, dolor lumborum corporis erectionem impediens.

CLXXI. Ischias, pelvis & coxendicis dolor ſæpius claudicationem inducens: *hoc morbo multum laboravi ipſus, venæ ſectio & infuſum caffeæ nigrum ſemper me juvit, & penitus liberavit abſtinentia à vinis acidis.*

CLXXII. Proctalgia, dolor podicis citra teneſmum & phlegmaſiam.

CLXXIII.

CLXXIII. Pudendagra, dolor genitalium citra dyſuriam, iſchuriam, phlegmaſiam notabilem.

CLXXIV. Digitium, dolor periodicus articuli cujuſdam digiti cum emaciatione ſine omni phlegmaſia; oſſis friabilitas: vide *Sauvages* p. 150. T. I.

CLASSIS V.

GENERUM CHARACTERES.

FLUXUS.

Character Claſſis: exitus inſolitus cujuſvis fluidi, vel ſolidi è corpore.

ORDO I. Sanguifluxus, *ſanguinis vel ſaltem ſanguinolentæ materiæ ejectio ſine alvi fluxu.*

CLXXV. Hæmorrhagia, fluxus ſanguinis è naribus.

CLXXVI. Hæmoptysis, ſanguinis expectoratio cum tuſſi ſine pyrexia acuta.

CLXXVII. Stomacace, fluxus ſanguinis è gingivis ſæpius fœtidis, putridiſve.

CLXXVIII. Hæmatemesis, ſanguinis rejectio ex œſophago cum vomitorio conatu, obſervantur & fæces alvi ſanguine tinctæ.

CLXXIX. Hæmaturia, ſanguinis, fluidive rubri per vias urinarias emiſſio.

CLXXX. Menorrhagia, ſanguinis per uterum, aut vaginam fluxus vitioſus, nimius.

CLXXXI. Abortus, fœtus immaturi, ſæpius cum menorrhagia ex utero excluſio.

ORDO II. Alvifluxus *ſanguinolenti.*

CLXXXII. Hepatirrhoea, eſt alvi fluxus per inferiora ſanguinolentus, nec ater, nec torminoſus.

CLXXXIII. Hæmorrhois, eſt fluxus cruentus ex podice; ſubin vero glutinoſus, ut ego habeo; vel ex recto mariſcis ſæpius obſito.

CLXXXIV. Dysenteria, eſt frequens, torminoſa, ſæpe teneſmoidea, mucoſarum & ſanguinolentarum fæcum depoſitio per inferiora.

CLXXXV. Melæna, fluidi atri per ſuperiora, vel inferiora rejectio: *vidi ſæpius.*

ORDO III. Alvifluxus *non ſanguinolenti.*

LXXXVI. Nausea, eſt inanis vomendi conatus, & flatuum aut muci ex ore exigui tantum per os emiſſio: *flatulentiæ genus analogum.*

CLXXXVII. Vomitus, eſt palpabilium materierum non cruentarum facta per os, œſophagumque rejectio frequens ex ventriculo.

CLXXXVIII. Ileus, gaſtrodynia, obſtipatio, anxietas, & vomitus demum fæculentæ materiæ determinant hunc morbum.

CLXXXIX. Cholera, eſt ſyndrome ex vomitu, diarrhœa, gaſtrodynia & ſubin ſurarum crampo.

CXC. Diarrhoea, eſt excrementitiorum humorum frequens, copioſior, vel intempeſtiva dejectio.

CXCI. Coeliaca, eſt albeſcentium, aut chyliacearum materierum per alvum dejectio plerumque profuſa: *in Venerabili Domino Stamitz vidi hanc.*

CXCII. Lienteria, eſt vix mutatorum ingeſtorum dejectio; *morbus hic frequens, ſanabilis.*

CXCIII.

CXCIII. Teneſmus, muci pauci frequens dejectio per anum cum intenſa dejiciendi cupiditate, & aſſiduo conatu.

ORDO IV. *Serifluxus, fluidi nec ſanguinolenti, nec per alvum effluxus morboſus.*

CXCIV. Ephidrosis, eſt ſudoris quantitate, qualitate, intempeſtivitate, peccantis effluxus.

CXCV. Epiphora, eſt vitioſus ex oculis humoris lacrymalis, ſebacei, vel purulenti effluxus.

CXCVI. Coryza, eſt humoris ſeroſi, mucoſive è naribus effluxus ſine ozæna, plerumque cum gravedine.

CXCVII. Ptyalismus, eſt ſalivæ uberior, frequentiorve ex ore rejectio, aut deſtillatio.

CXCVIII. Anacatharsis, eſt muci, puriſve è pectore facta per os cum tuſſi rejectio.

CXCIX. Diabetes, ſubita poſt paſtum potulentorum, vel urinæ utcunque coctæ nimia copia cum magna ſiti, per urinæ vias emiſſio.

CC. Enuresis, involuntaria doloris & ardoris expers mictio.

CCI. Pyuria, eſt purulentæ, albeſcentis, aut viſcido-mucoſæ materiei mictio: *phyſice caſtis bonis avibus ſubin accidit.*

CCII. Leucorrhoea, eſt ſeroſo-flavæ, puriformis, fœtidæ, atræ, materiæ ex utero delapſus, effluxus.

CCIII. Lochiorrhoea, lochiorum nimius fluxus.

CCIV. Gonorrhoea, eſt ſtillicidium fluidi ſeminalis, vel puriformis ex urethra, aut vagina.

CCV. Galactirrhoea, eſt ſtillicidium lactis ex mammis.

CCVI. Otorrhoea, eſt fluxus ex auris cavo, ambitu, aut parte poſtica.

ORDO V. Aerifluxus, *eſt flatus halituſve vitioſa emiſſio.*

CCVII. Flatulentia, eſt morbus flatuum per inferiora, vel ſuperiora emiſſione frequenti, & borborygmis deſignatus.

CCVIII. Aedopsophia, eſt flatuum per urethram, vel vaginam ex utero emiſſio: *virginem ſalacem audivi ſonitus hos emittere.*

CCIX. Dysodia, eſt fœtor ſudoris, variorumque miaſmatum exſudantium: *huc poſſunt referri & hæmorrhoides albæ, &c.*

CLASSIS VI.

GENERUM CHARACTERES.

SUPPRESSIONES.

Character Claſſis: meatuum impeditio, hinc ſolitarum excretionum in ſanitate impedimentum.

ORDO I. Serosorum *ſuppreſſiones.*

CCX. Adiapneustia, tranſpirationis naturalis & liquoris humectantis organa ſuppreſſio.

CCXI. Sterilitas, fecunditatis ſeu conceptus impedimenta, aut impeditio.

CCXII. Ischuria, urinæ retentio ſine, vel cum ejuſdem ſecretione; tumor aliquando hypogaſtrii, vel ſtupor renum adeſt.

CCXIII. Dysuria, difficilis & dolorifica, ſæpius ardens, urinæ emiſſio.

CCXIV. Aglactatio, lactis defectus.

CCXV. Dyslochia, lochiorum ſuppreſſio.

ORDO II. Ingerendorum *ſuppreſſiones.*

CCXVI. Dysphagia, deglutitio impedita.

CCXVII. Angina, reſpiratio impedita cum ſenſu obicis in gutture, cum, vel ſine dysphagia, abſque phlegmaſia.

ORDO III. Suppressiones *imi ventris.*

CCXVIII. Meteorismus, eſt inflatio flatulenta, vel epigaſtrii, vel in morbo acuto ipſius abdominis: *cholera ſicca eſt ſpecies meteoriſmi.*

CCXIX. Menostasia, menſtrua ſuppreſſa ac dolorifica.

CCXX. Dystocia, partus difficilis, impoſſibilis.

CCXXI. Dyshæmorrhois, ſuppreſſio ſuetarum hæmorrhoidum.

CCXXII. Obstipatio, alvus ſegnis, obſtructa: *ab hæmorrhoidibus internis tumentibus, & obſtipationem pertinacem cauſantibus ſiniſtre tractatus pannitonſor Hoffmann vir dives mortuus eſt.*

CLASSIS VII.

GENERUM CHARACTERES.

ANHELATIONES.

Character Claſſis: motus ſpaſmodici, iterati pectoris cum reſpiratione ſonora, moleſta, abſque pyrexia notabili.

ORDO I. Spasmodicæ, *inſultus fugaces ſæpius iterati cum exſpiratione ſonora.*

CCXXIII. Ephialtes, anhelatio difficilis querula, cum inſomnio terrifico oppreſſivo.

CCXXIV. Sternutatio, concuſſio violenta pectoris, cum exſpiratione veloci narium interiora everrente & ſonora.

CCXXV.

CCXXV. Oscedo, repetita, lenta, profunda inſpiratio, ore hiante, ſæpius cum pandiculatione.

CCXXVI. Singultus, concuſſio diaphragmatis cum inſpiratione ſubito interrupta, ſonora.

CCXXVII. Tussis, concuſſio ſonora, violenta, pectoris cum exſpiratione ad pulmonem quodam obice liberandum.

ORDO II. Oppressivæ, *conſtantes cum metu ſuffocationis.*

CCXXVIII. Stertor, reſpiratio inter inſpirandum ſonum gravem, tremulum in gutture edens, ſæpe cum alterno ſibilo.

CCXXIX. Asthma, eſt morbus chronicus, cujus præcipuum ſymptoma eſt periodice recurrens reſpirandi difficultas.

CCXXX. Orthopnoea, eſt præceps & ut plurimum acuta reſpirandi difficultas.

CCXXXI. Dyspnoea, eſt difficultas reſpirandi chronica, ut in aſthmate, ſed non intermittens, unde ab aſthmate differt.

CCXXXII. Pleurodyne, anhelatio cum pectoris dolore ſine febre.

CCXXXIII. Rheuma, cognoſcitur ex difficultate reſpirandi cum ſenſu gravitatis in pectore, quam comitantur, vel præcedunt coryza, ſternutatio, raucedo, cephalalgia, tuſſis: vix adeſt pyrexia notabilis: *endemius hic morbus.*

CCXXXIV. Hydrothorax, differt à dyſpnœa faciei pallore, manuum & pedum atque ſcroti œdemate,

ſymptomatis

